

GRAMMATICA LINGUAE COPTICAE

ACCEDUNT ADDITAMENTA


AD

LEXICON COPTICUM

STUDIO

AMEDEI PEYRON

EQUITIS ORD. MAURITIANI ET SABAUDI OB MERITA CIV.
PROFESSORIS LINGUARUM ORIENTALIUM IN TAURINENSI ATHENAEO
ETC.



TAURINI 1841

EX REGIO TYPOGRAPHEO

Prostat apud I. Bocca Regium Bibliopolam.

27

61

1218.

EMINENTISSIMO AC REVERENDISSIMO

ANTONIO TOSTI

S. R. E. CARDINALI

ATQUE AERARII PRAEFECTO

AMEDEUS PEYRON

Postquam Romana legatione perfunctus ex hac urbe discessisti, quantus Tuarum laudum concentus per ora nostratum exstitit, ac constans perseverat! Quamquam enim, Te praesente, animi Tui atque ingenii praestantiam mirabamur

omnes, at vel ob assiduam consuetudinem, vel culpa Tuae facilis atque obviae naturae, ne modestiam dicam, factum est, ut carendo magis intellexerimus quantus esses, quam fruendo. Quare si in rebus cognoscendis facilitatem, in diiudicandis moderationem, in agendo prudentiam, aut dicendi gravitatem cum arguta festiuitate coniunctam velimus quasi persona conuestire, nos ultro Tuae legationis memoriam repetentes dicta factaque Tua vicissim ita commemoramus, ut inde possis laetissimum posteritatis Tuae praesagium capere. Ego vero nemini concedens quanta voluptate perfundar Tuis laudibus assistens, non est cur dicam; nosti enim meam in Te observantiam amoris plenam ex aequo respondere effusae Tuae in me indulgentiae. Quos sensus cum iamdiu mecum constituissem publice testari, tum pudor interpellabat; vicit tandem novum, quo me obstrinxisti, debitum. Enimvero cum duobus abhinc annis Romae fuissem, Tu non tantum me in veteris consuetudinis familiaritatem admisisti, sed etiam hospitio excepisti, quo nihil mihi honorificentius, nihil studiis meis optabilius contingere poterat.

*Nam me curis omnibus solutum in bibliothecis ab-
didi, atque honestissimo, quod mihi feceras, otio
indulgens magnam rerum Copticarum messem
collegi, cuius ope nixus subinde Copticam Gram-
maticam retractavi, tum Lexicon Additamentis
locupletandum suscepi. Habe igitur Tuo nomini
inscriptum quod singulari tuae humanitati acce-
ptum refero. Atque utinam quantum laudis in Ro-
mana re procuranda, sarciendisque Aerarii dam-
nis ab iniquitate temporum illatis es adeptus, tan-
tumdem ego opella mea consequar! Sed quando
tantam spem de rebus meis concipere nequeo, id
saltem ero consecutus, ut tandem aliquando pu-
blice meam observantiam declaraverim, qua Te,
uti S. R. E. Principem summopere revereor, atque
uti hominem impense diligo.*

PRAEFATIO

Coptica lingua ea dicitur, quam nobis codices Aegyptii prodiderunt graecis litteris exaratam; illa enim lingua, quam ex hieroglyphicis monumentis excitare contendunt docti viri, rectius appellari debet Aegyptia. Cum vero codices Coptici omnes fere ad unum in rebus Christianis versentur, lingua Coptica potest etiam definiri illa, quam Aegyptii usurparunt post cognitam propagatamque Christianam religionem. Quantum affinitatis inter Aegyptium et Copticum sermonem intercedat tunc certo constitui poterit, quando hieroglyphicum systema liquido sit perspectum. Interea aliarum linguarum experientia edocti hoc tantum suspicari possumus Copticae linguae indolem atque etyma omnino ablutere non posse ab ingenio atque originibus sermonis Aegyptii. Quemadmodum enim variae Semi familiae, licet in varias nationes disgregatae, eas semper retinuerunt dialectos, quae unam eandemque communem originem monstrent; ita Copti Aegyptiorum nepotes, sola religione a maioribus dissidentes, diversam quidem scripturam adsciscere potuerunt, at non

x
diversum sermonem. ~~Enit~~ vero ne superstitiosis Aegyptiae impietatis signis nova Christi scita foedarent, potuerunt quidem alphabetum mutuari ex ea natione, quae ipsos Evangelium docuit, tum aliquot vocabula probare, quae novas Christianae religionis ideas exprimerent; sed linguam omnino immutare id supra fidem ac mores humanos est. Quod si mutassent, utique cum graeco alphabeto graecam etiam linguam probassent; non probarent, ergo antiquo proavorum idiomatici semper adhaeserunt.

Huic cognationi cum Aegyptio sermone universa nititur commendatio studii Copticae linguae; confidimus enim fore, ut ex cognitione recentioris sermonis tandem aliquando assurgamus ad veterem Aegyptium dedegendum. Sed linguarum affinitas ex intima grammaticarum indole, ac vocabulorum originibus diiudicanda est, non vero ex minutis nominum verborumque formis, aut accidentibus, quae longa dies novare solet. Quare eo spectans equidem Copticum Lexicon condendum esse censeo ad ordinem etymologicum; tum eadem in sententia perstans Grammaticam censeo ita esse concinnandam, ut intimum idiomatici ingenium in aperto ponatur. Aucupent alii minimas quasque scripturae varietates, atque anomalias, quas vel amanuensium ignorantia, vel sequior aetas invexit; sint illi beatissimi, per me enim licet, si nova derivata invenerint, si invisitas vocum formas in recentiore aliquo ut ut mendoso codice detexerint, in iisque colligendis nominis immortalitatem sibi acquirere blandiantur. Ego vero hoc maxime negotium mihi grammatico datum esse censeo, ut penitissimam linguae constitutionem ac germanum habitum retererem, scilicet exponerem doctrinas adhuc retrusas, quod luculenter patebit ex recensione Grammaticarum hucusque editarum.

Qui primus Copticas litteras attigit Kircherus in libro *Prodromus Coptus Romae* 1636 post multa de Coptis eorumque coloniis et lingua in antecessum fuse disputata, tandem aliquando ad linguae institutiones accedens adeo perfunctorie illas tradidit, ut intra paucas pagellas universam grammaticam concluderet non sine mendis. Nempe qui in hieroglyphicis interpretandis longe copiosissimum se praebeuit is in Coptico idiomate deformando tenuis atque angustus visus est. Eum consecutus Blumbergius *Fundamenta linguae Copticae* 1716 vulgavit; at, iudice La-Crozio, *linguam Aegyptiacam nemo inde legere et intelligere discet, ne ipse quidem Blumbergius, quem illius omnino esse imperitum mihi constat* (1). Tertiam grammaticam acceptam referimus Raphaëli Tukio, viro Copto, atque Arsimoës Episcopo, qui *Rudimenta linguae Coptae sive Aegyptiacae Romae* 1778 edidit Arabice, et Latine, ut consuleret utilitati adolescentum suae nationis, qui in collegio Propagandae Fidei in Ecclesiae spem alebantur. Sed vir Copticae liturgiae recitandae assuetus verborum tantum faciem noverat, non intimam naturam. Hinc graeca cum copticis confundens summa diligentia illustrabat particulas *καπερ, καη, ειτε, τοτε, εοταν*, quasi essent germanae Aegyptiae; non verborum tempora ordine digerere curavit; non nominum naturam ac formas exposuit recte; sed empirico sermonis usui unice intentus farraginem multorum utriusque foederis locorum conguessit. Atque utinam accurate! sed suis mendis cumulans illa tyothesetae eos textus vulgavit, quibus caveant tyrones coecam fidem adhibere. Ceterum Orientales omnes a quavis criticae notitia imparatissimos usu tantum proprias linguas callere, sed longissime a philologico iudicio distare, scimus omnes.

(1) *Thesauri Epistolici La-Croziani* tom. III. p. 97.

Eodem anno, quo Tukii rudimenta Romae in lucem venerunt, prodiit Oxonii *Christiani Scholz Grammatica Aegyptia utriusque dialecti, quam breviavit, illustravit, edidit Car. Godofr. Woide*; quem librum satis laudavero si dicam, vel nostra aetate a nemine fuisse superatum, ac primas merito tenere. Scholzii volumen nondum viderat Calusius, quum anno 1783 *Litteraturae Copticae Rudimentum Parmae* vulgabat. Copticos characteres exhibere tantummodo praestituerat Calusius, sed Bodonio ac Derossio gratificaturus linguae praeterea elementa ac naturam delineare aggressus est. Nihil habet opusculum quod reprehendas, imo multa quae laudes; auctor enim, e cuius disciplina gloriore esse profectus, linguarum naturam subtiliter iudicabat, atque altiora principia pervidebat acute, quare quod secum constituerat revera praestitit, ut Coptici sermonis elementa *inchoarentur praeceptis verioribus*. At perbrevis lucubratio poterat quidem linguae indolem adumbrare, non vero omnes grammaticae partes attingere atque articulatim explanare; quod opus si acutissima Calusii vis aggressa fuisset, nihil mihi in Copticis litteris superesset, quam ut gauderem palmam mihi fuisse praeriptam a praeceptore amantissimo. Palmam dixi, de qua mihi liceat paullo immodestius blandiri non alium ob finem, nisi ut nova corona Calusii tumulo accedat.

Post Scholzii et Calusii libros nova monumenta non tantum Memphiticae dialecti, sed etiam Basmuricae penitus ignotae, et Sahidicae nondum bene exploratae, in lucem prodierunt, cum aliorum doctorum hominum studiis, tum in primis Georgii Zoëgae qui Borgianos codices bene multos ediderat. Cum tot tantisque opibus Coptica res crevisset, confidere licebat fore, ut unus vel alter philologus tria sermonis idiomata invicem contendens ad communem eorum ideam-assurgeret, analogiam

apte stabiliret, origines patefaceret. Sed qui primus post ampliatas opes Copticae linguae Grammaticam trium dialectorum vulgavit Henricus Tattam expectationi omnino defuit (1). Nam vocum formas numeravit (atque utinam omnes!) non vero iudicavit; analogiae doctrinam neque est suspicatus, nedum varias formarum species certo rationis vinculo connecteret; nonnulla a linguae usu reiecta tamquam rata tradidit, alia perperam tractavit, sunt etiam quae omisit. A critica Tattami ieiunitate longissime distant Champollionii elementa. Suum in usum coeperat Vir cl. linguae leges describere; tum intermisit ad illustriorem palmam contendens; ac cum esset ab omni invidia, quam qui maxime, alienus inchoatae grammaticae facile copiam amicis faciebat. Eam habent multi, atque habuit Rosellinius linguarum Orientalium in Pisana Academia Professor. Hic cum linguam Copticam suis auditoribus interpretari vellet operae pretium se facturum duxit, si amici elementa breviaret, iisque nonnulla de suo adderet. Cum vero Rosellinii libellus manuscriptus circumferri coepisset, ac Romae innotuisset Aloisio Ungarellio, confestim vir harum litterarum cupidissimus intellexit eum magno usui fore, si in plurimorum utilitatem evulgaretur. Editioni assensit Pisanus Professor ea tamen conditione, si Ungarellius palam lectores commonefaceret, librum maximam partem Champollionio acceptum esse referendum. Editor fidem dedit atque in praefatione liberavit totis litteris Champollionii nomen describens, eique auctori grammaticam tribuens; ita ut, si quis Italos duumviros plagii incusaverit, ille dicendus sit libri praefationem minime legisse. Dixi gram-

(1) *A Compendious Grammar of the Egyptian language, as contained in the Coptic and Sahidic dialects with observations on the Basmuric . . . by Henry Tattam. London 1830. 8.*

maticam esse tantummodo inchoatam, auctor enim nonnullas orationis partes ne attigit quidem, alias non absolvit; sunt tamen quae maxima cum diligentia pertractatae ex ungue prodant leonem. Multam linguae experientiam in libello deprehendes, et in primis criticum acumen, quo trium dialectorum remotae origines indagantur. Ungarellius, qui librum latinitate donavit, id etiam sibi operis dedit, ut singulas regulas atque observationes idoneis exemplis ex utroque Foedere delectis communiret, non tantum Memphiticis, verum etiam Thebanis et Basmuricis.

Atque haec omnino sunt universae Grammaticae ad hanc diem vulgatae. Ego vero novam concinnavi ex annotationibus, quas Copticos textus perlegens in adversaria retuleram dum longam in Lexico seu condendo, seu amplificando, operam ponebam. Quid mecum praestituerim facile lector intelliget ex iudicio quod de aliorum grammaticis hucusque tuli; utrum quod animae praeceperam revera perfecerim, alii iudicabunt.

Grammaticae attexui Supplementam Lexici, de quo pauca monere iuvat. Duobus abhinc annis cum Romae versarer codices Copticos seu Vaticanos, seu Collegii Propagandae Fidei consului. Primi sunt Memphitici ac Liturgici, adeoque nullam spem faciunt bonae frugis ad linguae horrea locupletanda; quare converti me ad membranas Propagandae, quarum copiam mihi humanissime faciebat doctissimus illius bibliothecae Praefectus Drach. Cum, Borgiano asse inter haeredes partito, ex libris manuscriptis alii Neapolim immigraverint, alii Romae manserint in Collegio Propagandae, forte contigit, ut Neapolitani sortiti sint codices historicos, asceticos, monasticos, et patristicos, ut aiunt, quorum pars maxima studio Zoëgae lucem iam viderat, Romani vero habuerint codices Biblicos Thebanos, fere omnes ineditos,

nam Zoëga postquam omnes descripserat p. 172-192 vix aliquot antiqui Foederis fragmenta edidit. Ego vero Romanos libros Sahidicos perlegi venandis vocabulis intentus. Messem inde collectam novarum vocum aut formarum, quae in meo Lexico desiderantur, atque adeo paullo sunt rariores, eo libentius in lucem profero, ut simul occasionem arripiam supplendi nonnulla a me oscitanter omissa. Sic ex. gr. cum duplex sit potestas vocabuli ἔσθω, altera *operire*, altera *lampas*, adeoque duplex radix ἔσθω admitti debeat, ego postquam primam ex meis adversariis exscripseram, secundam aliud agens omnino omisi; accuratius etiam volo distinctas radices *καθεσθω* et *κωθεσθω*; tum radice *κωνσθω* blandior veram potestatem deprehendisse. Quod si Supplementum perpaucas offert novas vel voces, vel vocum notationes, sed maximam partem constat ex derivatis, quae quisque ex radice facile interpretatus fuisset, id certissimo argumento est meum Lexicon haud tanta vocabulorum vel significationum inopia laborare, quantam nonnulli invidi dixerunt potius, quam doctis viris persuaderent. Unius voluminis modestam molem in primis sunt commiserati. At, o boni, si fuisset suspicatus librum ex mole iudicatum iri, universas quas collegeram opes non crevissem, sed exempla exemplis cumulans, atque anxia sollicitudine minuta quaeque persequens, multa volumina confersissem. Ego contra iudicavi multa, imo omnia colligenda esse, sed ea tantum expromenda, quae ad rectam cuiusque vocis ideam tradendam aliquid habebant momenti.

Scio ordinem etymologicum a nonnullis fuisse improbatum, utpotequi tironibus difficultates creabat. At contra complures mihi professi sunt, se, post superatam intra paucos dies novae methodi difficultatem, maximum inde cepisse fructum sive in comparandis inter se dialectis,

xvi

sive in derivatis facile interpretandis semel ac radices callebant. Omnium vero argumentorum instar sit gravissimum Silvestri Sacy iudicium; cuius doctrinae praestantiam cum omnes celebraverint, ego sinceram in iudicando probitatem ab omni philautia solutam praedicabo. Ante hos septem annos cum Parisiis essem fando accepi Silvestrum Sacy in commentatiuncula ab eo praelecta in Academia Inscriptionum suam de Coptico Lexico condendo opinionem ita aperuisse, ut plane improbaret methodum etymologicam; porro amici me hortabantur, ut virum conveniens vel argumentis in meas partes traherem, vel saltem precibus severam tanti philologi censuram deprecarer a libro iam praelo parato. Neutrum consilium mihi arrisit; aulici est adulatorias artes exercere, tum hominis immodestissimi adire Orientalium philologorum principem, ut eum coram oppugnet. Postulavi, ut ineditae commentatiunculae mihi copia fieret, eam legi, ac magis magisque mea in sententia confirmatus, in Lexici praefatione contraria argumenta, tacito adversarii nomine, diluenda suscepi. Quid plura? Idem Sacy de meo opere renunciaturus in Gallica Sapientum Ephemeride statim in ipso relationis limine profitetur se maxime methodum a me receptam probare ⁽¹⁾. Scilicet Sacyus tanto veritatis amore tenebatur, ut eum non puderet praconceptas opiniones non tantum deponere, sed etiam publice reprobare; quod maximam in eo arguit vim conscientiae. Quae quum ita sint, ecquis tanti philologi suffragio refragetur?

(1) *La seule chose, que nous nous proposons dans cet article c'est d'indiquer . . . le système, qui l'a dirigé dans la rédaction de ce dictionnaire, système que nous approuvons entièrement, et les motifs qui l'ont déterminé à l'adopter. Journal des Savants, mars 1836 pag. 147.*

Sed quando Lexicon novis opibus augere constitui, erunt fortasse qui me reprehendent, quod multa inaudita vocabula in Tattami Lexico obvia neglexerim in mea additamenta transcribere. Quos ego paucis sic volo. Videte vocabula ἀποτερψε, ἀπρωγε p. 17, ἀτεψη p. 25, ἀγτορ p. 42, εσπαω p. 72, ει erat p. 75, ελα p. 86, επεφωφ p. 87, εκκοτς, εποτς p. 88, ετεβολ p. 97, ad haec μαλοϝ, ματοϝ, οπϝ, ζιπτατκααϝ, ζιπτοτεπ, atque alia bene multa. Menda ne odoratis? laetor, bene est. Nihil ne vos offendit? Mihi credite, diligentiolem operam ponite in grammatica, vix enim salutastis; atque tunc intelligetis, cur quo magis invisitata ac monstrosa sunt nonnulla vocabula Tattami, eo maiorem latentis errati suspensionem mihi ingerant. Si locus a viro cl. citatus pertinet ad editos textus, facile vocis sinceritatem aestimo; at, si ex ineditis Oxoniensibus codicibus vocem excerpit, nequeo meum interponere iudicium, ac malo morosus videri, quam levis. Sic p. 88 lego prodigiosum εποτς θεμελιος, ac conicio in textu fuisse εποτςπτε, quod vir doctus distrahit in duas voces εποτς πτε. Contra in απειαπτοορ p. 15 suspicor α esse notam praeteriti, quod post plurale πειαπτοορ sequebatur. Nonne in απρωγε duas voces απρ *facti sumus*, et ψγε *sordes* in unam constipavit, quemadmodum μερϝ πε in μερϝπε *flavus* p. 217 densavit? Sed p. 93 quid tandem est εκριβε εγκαινισμς *Num. vii. 84*? Nonne idem Tattamus p. 732 tradit *Num. vii. 84* vocem εγκαινισμς Thebaice redditam fuisse ζιαεικ? Video μαριρι p. 205 *incusare* ortum esse ex vero vocabulo χειμαρικι perperam diviso; video ματοϝ *consentire* p. 207 esse imperativum femininum verbi ϝτοτ *consentire*; non moror voces λακσι p. 176, μαλοϝ p. 194, sunt enim sphalmata textus pro λακσι, μαλοϝ, quae Tattamus haud suspicatus est; monstrum μαρβηοτι *institutum* p. 210

XVIII

non habet Sophonias III. 11; contra Gen. x. 9 cum textus haberet *nxz pnx*, ipse p. 428 scripsit *pnz venator*, tum sui immemor p. 728 scripsit *xpnz venator*. Haec et sexcenta probe video, sed alia sunt, quae cum non expediam, nolo veluti probam mercem mea in Ad-ditamenta admittere sisus auctoritati Lexicographi adeo incuriosi.

De Grammatica atque Additamentis dicta sufficiant. Nunc pro re nata iuvat pauca addere de Bibliicis Codicibus Borgiauis.

Ex Memphitica versione lucem vidit Pentateuchus, Psalterium ⁽¹⁾, Prophetæ minores ⁽²⁾, ac Novum Testamentum, quibus accedunt pericopæ librorum antiqui Foederis in libris Liturgicis obviae; versionis Sahidicae sola habemus *Fragmenta Novi Testamenti a Car. Godof. Woide* vulgata. Interea postquam critici viri coeperunt codices graecos utriusque Foederis dividere in familias, disputatum est de praestantia familiae Alexandrinae, seu Aegyptiae; Griesbachius Alexandrinum textum praefert Constantinopolitano, Scholzius e contrario posthabet.

(1) Praeter Psalterium Coptico-Arabicum a Tukio editum Romae 1744, nuperrime Berolini lucem vidit *Psalterium Coptice. Ad codicum fidem recensuit, lectionis varietatem, et psalmos apocryphos Sahidica dialecto conscriptos, ac primum a Woideo editos adiecit Iul. Ludov. Ideler* 1837. 8.^o Liber editorem prædit Copticae linguae peritum, nec non accuratum.

(2) Prophetæ minores haud ita pridem Londini prodierunt ad fidem Codicis Parisini, curante Henrico Tattam. Textus sat est accuratus; at versio latina. iis sphalmatis scætet, quae omnem fidem superant. In his *relinquerunt, ingrede, elaxit, domos palehros, domo meo, domus mei, repulivi (pro ropali), fiat, introissant, profiscisceret, salutis mei, vitis bonus, usgueris, facit, ingrediretur, auxit (pro auxit), perient, suscipero, confunderunt, curerunt, resistent eum*, ad hæc particula *autem* inchoat periodum, vel ita collocatur *in autem anno*; verbum *est* cum accusativo iungitur *non famem panis est, neque famem aquae est*; reciprocum *se cum* pronomine *eo*, *cis* passim confunditur. Hinc facile augurari licet foedam barbariem, qua cetera huius versionis latinitas scætet.

Sed, amabo, quæra tandem codicem habuerant tamquam archetypam recensionis Alexandrinæ? Vaticanum, aiunt, et Britannicum originis indubie Alexandrinæ. Concedam; sed ut a textu Alexandrino ad Aegyptium recta procederet argumentatio, debuissent in antecessum demonstrare Ecclesiam Alexandrinam ita unicum fuisse in Aegypto, ut eius textum ceteræ provinciae sequerentur. Atqui ab Alexandrino dissentiant versiones Copticae, tum Memphitica dissentit a Thebana; species igitur sunt admittendæ in Aegyptia familia, ac diligentissime perpendendæ. Quis vero perpendat Thebanam, cuius non multa fragmenta Novi Testamenti innotescunt? Hinc patet necessitas edendi membranas Sahidicas Collegii Propagandæ, ut Aegyptia familia recte aestimari possit. Scimus Hesygium, ante Hieronymi aetatem, recensuisse textum Graecum ad usum Ecclesiae Alexandrinæ; inquirendum porro foret, utrum Copticae versiones sint species Hesygiani textus, an genera plane diversa, unde etiam maxima lux affulgeret quaestioni de antiquitate utriusque versionis. Praeterea summa cura colligendæ essent varietates lectionis cum Memphitici, tum Sahidici textus, ut aestimari possent emendationes, quas posterior aetas induxit.

Ex versionis Sahidicae editione non tantum critica sacri textus proficeret, sed etiam Coptica lingua. Enimvero Memphitici codices scatent permultis vocabulis graecis; contra Thebani saepe habent Aegyptias voces, sic ubi aves, arbores, domestica suppellex, instrumenta artium, ac similia in graeco textu commemorantur, saepius in textu Thebano, quam in Memphitico, reperies vernaculas voces. Ad haec dialectus Sahidica utpote magis regularis atque ad analogiam exacta habenda est tamquam exemplar Coptici sermonis; Memphitica enim ob Alexandrinorum viciniam citius ac facilius deflexit a

xx

prima sinceritate, Basmurica vero est idioma male conflatum ex Memphitica et Thebana. Quare cum ceteri philologi hucusque constituerint Memphiticum idioma veluti ceterorum fundamentum, equidem in Grammatica principem locum dedi Thebano. Quae cum ita sint, miror ab Europaeis philologis frequentiore operam poni in textibus Memphiticis edendis, quam in Sahidicis; ita Psalterium Ideleri, et Prophetae minores Tattami sunt Memphitica merx. Cur vero Oxonienses nobis invident suos Thebanos codices? cur Sahidicae membranae Collegii Propagandae diutius delitescunt? Si utraeque simul componerentur, non solum haberemus integrum Novum Testamentum Sahidicum cum variantibus, sed nonnullos libros, ac multas pericopas antiqui Foederis; hinc Aegyptia familia posset aestimari, et linguae pomoeria ampliarentur. Quod si philologi ideo Memphiticos textus anteferunt, quia ex grammaticarum studio magis assueverunt huic dialecto, non dubito, quin in Thebana exercitatissimi sint evasuri, si in grammatica me ducem sequentur. Est etiam Taurini biblicus codex Thebanus, quem iam edidissem, si ope Oxoniensium potuissem a lacunis liberare; quam spem nondum abieci.

Exposui quae praestiti, atque ab aliis praestari vellem; superest, ut nec me suscepti laboris poeniteat, ac ceteri conditionem accipiant.

CAPUT I.

DE ELEMENTIS SCRIPTURAE.

Copticae scripturae elementa sunt litterae, ac signa diacritica. Litteras exhibebit sequens

§ 1. *Alphabetum.*

Figura	Nomen	Potestas	Valor numericus
Α α	αλφα alfa	α	1
Β β	βητα beta	β	2
Γ γ	γαμμα gamma	γ	3
Δ δ	δελτα delta	δ	4
Ε ε	ει ei	ε	5
Ζ ζ	ζητα zeta	ζ	7
Η η	ητα eta	η	8
Θ θ	θητα theta	θ	9
Ι ι	ιαυτα iauṭa	ι	10
Κ κ	καππα cappa	κ	20
Λ λ	λαυλα laula	λ	30
Μ μ	μι mi	μ	40
Ν ν	νι ni	ν	50
Ξ ξ	ξι cxi	ξ	60
Ο ο	ο ο	ο	70
Π π	πι pi	π	80
Ρ ρ	ρο ro	ρ	100
Σ σ	σιμα sigma	σ	200
Τ τ	ταυ tav	τ	300
Υ υ	υε ye	υ	400
Φ φ	φι fi	φ	500
Χ χ	χι chi	χ	600

2

Ψ	ψ	ψι	psi	ψ	700
Ω	ω	ωτ	oy	ω	800
Ϡ	ϡ	ϡει	scei	sc	
ϣ	ϣ	ϣει	fei	f	
Ϟ	ϟ	ϟει	khei	kh	
Ϡ	ϡ	ϡορι	hori	h	
Ϝ	ϝ	ϝανϝια	giangia	gi	
Ϟ	ϟ	ϟιμα	ghima	gh	
Ϡ	ϡ	τι	ti	ti	

Aegyptii scriptura hieroglyphica, hieratica, aut demotica usi sunt, quamdiu idololatriae adhaeserunt. At ubi christianam religionem amplexi sunt, indignum rati christiana scita exarare iis signis, quae veterem superstitionem passim repraesentabant, constituerunt graecum alphabetum adsciscere, quod ceteroquin Aegypto maxime inferiori iam ab aliquot saeculis cum graecis consuescenti erat familiare. Hinc sunt vigintiquatuor litterae, quas primo loco recensui in alphabeto; ex quibus tamen quinque elementa ρ, λ, ζ, ξ, ψ proprie aegyptia non sunt, neque in ullo aegyptio vocabulo inveniuntur, sed tantum ab Aegyptiis adhibentur in iis graecis vocibus scribendis, quas a Graecia mutuati sunt. Quare, detractis hisce quinque, reliqua novemdecim sunt vere aegyptia. Sed cum sermo Copticus sex elementa vocis haberet, quibus nulla graeca littera apte responderet, additae sunt sex litterae ϡ, ϣ, ϟ, Ϡ, Ϝ, Ϟ, quarum figura desumta creditur a scriptura hieratica. Si graecis novemdecim addas sex aegyptias, habebis elementa vigintiquinque mere Coptica, quot Plutarchus *de Iside et Osir.* 56 perhibet fuisse litteras aegyptii alphabeti; nam in horum censu non venit postremum elementum ϡ, utpote mera sigla, seu nexus duarum litterarum τι.

Litterae, quas Copti a Graecia adsciverunt, graecum

etiam sonum servarunt; imo, Graecis ab antiqua pronuntiatione paullatim descendentibus, Copti, qui assidua graecorum cum hominum, tum librorum familiaritate utebantur, novam pronuntiandi rationem ac potissimum iotacismum admiserunt, ac diphthongos male secum permutarunt. Id facile intelligitur ex Copticorum codicum orthographia, quorum alii antiquam, alii recentiorem pronuntiationem sequuntur; unde etiam non levis coniectura deduci potest de maiore vel minore codicum antiquitate.

§ 2. Litterarum Pronuntiatio.

β valet *b*, sed recentioribus est etiam *v*. Hinc οϣϣτ *rosa*, οϣαϣ *secare*, οϣοϣ *olus*, ψϣοϣϣ *exsiccare*, scribuntur etiam ϣεϣτ, ϣαϣ, ϣοϣ, ψϣϣϣ. Ob sonus affinitatem confunditur cum π, uti τοβ *Z. 227* ⁽¹⁾ pro τοπ. — Cum ϣ, uti αϣραϣαα *Abraham*, οϣωϣϣ *respondere* pro οϣωϣϣ. — Cum φ, uti ψφϣρ *amicus* pro ψβϣρ, vide Rossi *Etymolog.* p. 57.

ϣ littera Coptis ignota usurpatur in vocibus peregrinis, uti γομοϣρα *Gomorrah*. Ob sonus affinitatem permutatur cum κ, sic ϣοϣϣ δοϣα *Ioh. xi. 56*, κηϣηαα *γέννημα Iac. xii. 18*. — Cum χ, sic αααϣε *auris* pro αααϣε. Hanc litteram Thebani induxerunt in voces Copticas, quoties scribendum esset πκ; hinc απ̄ ego pro απ̄, π̄κμοϣτε *appellabis* pro π̄κμοϣτε, atque ita Sahidici semper π̄κ scribunt pro πκ; semel vidi απ̄ϣωτε *Sap. 596* pro απ̄ϣωτε.

α littera Coptis ignota locum habet in vocibus pe-

(1) Copticos libros indicaturus iisdem siglis usus sum, quas etiam in meo Lexico adhibui, atque in eius praefatione p. xxiii recensui.

4

regrinis $\alpha\alpha\alpha\alpha$ *Adam*, $\lambda\epsilon\ \delta\acute{\epsilon}$, in quibus etiam pro τ occurrit, uti $\alpha\rho\alpha\tau\mu\eta\kappa\varsigma$ *ἄρτεμις Act. xix. 24.* $\theta\epsilon\alpha\lambda\pi\rho\eta$ *Θίατρον Act. xix. 29. 31.* $\delta\iota\mu\omega\rho\epsilon\iota\ \tau\iota\mu\omega\rho\iota$ *Act. xxii. 5.*

ϵ quandoque scribitur pro η , vel diphthongo $\alpha\iota$.

ξ littera Coptis inusitata, nisi in vocabulis peregrinis $\omicron\zeta\iota\alpha\varsigma$ *Ozias*, $\zeta\omicron\rho\omicron\beta\alpha\beta\epsilon\lambda$ *Zorobabel*. Quandoque perpetuam scribitur pro ς , uti $\zeta\omega\pi\tau$, $\mu\alpha\zeta\epsilon$ pro $\varsigma\omega\pi\tau$ *creatura*, $\mu\alpha\varsigma\epsilon$ *vitulus Z. 301. 431.*

η saepe permutatur cum ϵ , uti $\theta\eta\beta\epsilon$ pro $\theta\epsilon\beta\epsilon$ *operire*, $\theta\epsilon\beta\epsilon$ pro $\theta\eta\beta\epsilon$ *luctus*. Ob iotacismum in recentioribus codicibus scribitur pro ι .

ι saepe permutatur cum $\epsilon\iota$, uti $\pi\iota\eta\epsilon$ pro $\pi\epsilon\iota\eta\epsilon$ *similitudo*, $\iota\pi\epsilon$ pro $\epsilon\iota\pi\epsilon$ *facere*.

ξ elementum Coptis inusitatum, nisi in vocibus aliarum linguarum, $\alpha\rho\phi\alpha\zeta\alpha\lambda$ *Arphaxad*. Quandoque amanuenses eo utuntur tamquam compendio litterarum $\kappa\omicron$, uti $\zeta\omicron\tau\rho$ *annulus* pro $\kappa\omicron\varsigma\tau\rho$.

ρ quandoque scribitur pro λ , vidi $\kappa\omicron\rho\lambda\eta\rho\iota\varsigma$ *Cornelius*, $\chi\alpha\rho\kappa\epsilon\tau\omicron\pi$ *Χαλκεδών*. Mox videbimus ρ et λ Basmurice permutari.

τ confunditur cum vocalibus et diphthongis, quae sonant *i*, uti $\delta\tau\eta\alpha$ *δῆνα*, $\alpha\lambda\eta\theta\epsilon\tau\omicron\pi$ *ἀληθινόν*. In diphthongis impropriis permutatur cum ς , uti $\alpha\tau$ pro $\alpha\varsigma$.

ψ littera Coptis inaudita adhibetur in vocibus peregrinis $\psi\tau\chi\eta$ *ψυχή*. Raro Copti ea utuntur tamquam compendio elementorum $\pi\epsilon$, uti $\psi\tau$ *novem*, $\psi\omicron\iota$ nomen urbis, pro $\pi\epsilon\tau$, $\pi\epsilon\omicron\iota$.

ω pronunciatur uti ψ Hebraeorum, vel uti *sc* Italicorum in voce *conoscere*, aut *ch* Gallorum in voce *chûte*. Permutatur cum ς , χ , κ , β , et raro cum ξ , vide me in Lexico p. 279.

φ pronuntiatur uti *f*. Permutatur cum β , et τ , quemadmodum dixi ad has litteras.

δ sonat uti δ Hebraeorum, a qua durissima aspira-

tione abhorrentes Thebani numquam hac littera utuntur.

Ϸ respondet elemento ן Hebraeorum, vel *h* aspirato; quare Copti ut expriment spiritum asperum Graecorum scribunt ϷοϷλον, Ϸινα pro ἄϷλον, ἴνα.

Ϸ pronunciatur uti *g* dulce, quasi *i* interiecto inter *x* et vocalem sequentem, ut sit Ϸα *gia*, Ϸε *gie*. Permutatur cum κ, Ϸ, et sibilantibus c, Ϸ, vide meum Lexicon p. 375, maxime vero cum Ϸ.

Ϸ pronunciatur uti *g* asperum, sic Ϸα *gha*, Ϸε *ghe*. Permutatur cum κ, et sibilantibus c, Ϸ, maxime vero cum Ϸ, vide me in Lexico p. 403.

Ϸ non est littera proprie dicta, sed compendium duarum litterarum τι, ac revera effertur *ti*, sic ϷεϷπε *petire*, pro πετιρε.

§ 3. Potestas Litterarum Numerica.

In potestate litterarum numerica Copti consonant cum Graecis, a quibus alphabetum mutuati sunt; quare solis litteris graecae originis, non vero postremis sex omnino Copticis potestatem numericam concesserunt. Indicaturi numerum 6 scribunt Ϸ, quod est graecum Ϸ. — Pro numero 90 scribunt Ϸ; cave tamen ne credas hanc esse copticam litteram *fei*, est enim graecum episemon *coppa*, cuius figura persimilis nostro Ϸ⁽¹⁾ proxime accedebat ad litteram Ϸ *fei*. — Designaturi numerum 900 libri editi passim scribunt Ϸ, sic *Gen.* v. 5. 8. 11. 14. 20. 27. 11. 29; idem etiam Ϸ notat 100, vide *Gen.* v. 9. 12. 15. 21. 25. 28, et passim. Recte Zoëga⁽²⁾ hoc elementum ita excudendum curavit Ϸ, quo Copti pin-

(1) Vide me in *Papyri Graeci R. Taurin. Mus. pars II, tab. VI.*

(2) *Catalogus Codic. Coptic. p. 88. 89.*

gere voluerunt illam Graecorum siglam, quae notat numerum 900, atque a me exhibita fuit in Papyris Graecis (1). Quare vellem elemento ρ notari 100, et sigla ρ 900. — Par confusio locum habuit circa ω, quae littera pro ordine alphabeti notare debet, ac saepissime notat 800 (2); at in locis *Gen.* v. 6. 22. xi. 17. 19. 21. 23. 32. xxxii. 14. *Ioh.* xxi. 8 designat numerum 200. Nempe amanuenses facile confundentes antiquam litterae c *simā* formam cum illa elementi ω, duas hasce litteras ita permutarunt, ut pro c scriberent ω, quod erratum editores codicum manuscriptorum non advertentes nobis obtruserunt elementum ω pro numero 200.

§ 4. *Geminatio Litterarum.*

Copti litteras geminant, sic ετῶβκτ, ἄλλοπ, ῥρο, etc. At saepe simplicem pro duplicata scribunt, uti ει ερε pro ειε ερε *Luc.* xiv. 32, ἱτακκαδϣ pro ἱτακκαδϣ *Ioh.* xx. 15, ἄπορωϣ pro ἄπορορωϣ *Act.* vii. 39, ἄπρωβωμ ἄωτῖπ pro ἄλωτῖπ *Act.* xv. 1, τε †σεδαι pro τετ I. *Ioh.* ii. 7, εστωτ pro εστωτ *Luc.* viii. 47. Quare in Memphitico Psalmo i. 6 אל ne pro אל הne scribitur. Nisi huic amanuensium incuriae advertas aqua tibi saepe haerebit in textibus interpretandis.

§ 5. *De Signis Diacriticis.*

Signorum diacriticorum nomine veniunt lineola, puncta, accentus circumflexus, apostrophus, quae litteris imponuntur.

(1) Papyri Graeci cit. loc.

(2) Rosellinius *Elementa linguae Aegyptiae* p. 1. litterae ω assignat potestatem numeri 700; perperam, nam notat 800 *Gen.* v. 17. 19, ex quo Geneseos capite discimus numerum 700 designari elemento ϣ.

§ 6. *Lineola.*

1.° Notat potestatem numericam litterae, sic $\bar{\alpha}$, $\bar{\theta}$, $\bar{\kappa}\epsilon$ etc. valent 1, 9, 25 etc.

2.° Supra voces brevias lineola superscribitur. Sic

$\bar{\alpha}\bar{\alpha}$	pro $\alpha\alpha\tau\iota\alpha$	<i>David</i>
$\bar{\epsilon}\bar{\theta}$, vel $\bar{\epsilon}\bar{\theta}\tau$	$\epsilon\theta\theta\alpha\beta$	<i>Sanctus</i>
$\bar{\iota}\bar{\nu}\bar{\varsigma}$, vel $\bar{\iota}\bar{\varsigma}$	$\iota\nu\varsigma\theta\tau\varsigma$	<i>Iesus</i>
$\bar{\iota}\bar{\varsigma}\bar{\lambda}$	$\iota\varsigma\rho\alpha\eta\lambda$	<i>Israël</i>
$\bar{\chi}\bar{\varsigma}$, $\bar{\chi}\bar{\rho}\bar{\varsigma}$	$\chi\rho\iota\varsigma\theta\tau\varsigma$	<i>Christus</i>
$\bar{\theta}\bar{\varsigma}$, $\bar{\theta}\bar{\tau}$	$\theta\epsilon\theta\varsigma$, $\theta\epsilon\theta\tau$	<i>Deus, Dei</i>
$\bar{\iota}\bar{\lambda}\bar{\eta}\bar{\eta}$	$\iota\epsilon\rho\theta\varsigma\alpha\lambda\eta\eta$	<i>Ierusalem</i>
$\bar{\pi}\bar{\lambda}\bar{\alpha}$	$\pi\pi\epsilon\tau\eta\alpha$	<i>Spiritus</i>
$\bar{\varsigma}\bar{\rho}$, $\bar{\varsigma}\bar{\omega}\bar{\rho}$	$\varsigma\omega\tau\eta\rho$	<i>Servator</i>
$\bar{\beta}\bar{\epsilon}$	$\beta\theta\iota\varsigma$, vel $\beta\theta\epsilon\iota\varsigma$	<i>Altissimus, Deus</i>

His adde Memphiticum $\Phi\uparrow$, cui nulla imponitur lineola, pro $\Phi\iota\theta\tau\uparrow$ *Deus*.

3.° Lineola horizontalis apud Thebanos $\bar{\eta}$, obliqua apud Memphiticos $\bar{\eta}$, consonis imposita notat vocalem (plerumque ϵ mutam) in pronuntiatione supplendam esse ante consonam; quare $\bar{\eta}$, $\bar{\eta}$ leges *en*, $\bar{\alpha}\bar{\eta}\bar{\rho}\epsilon$, $\bar{\rho}\bar{\eta}\theta\theta\epsilon$, $\bar{\eta}\bar{\chi}\bar{\epsilon}$, $\bar{\eta}\bar{\tau}\epsilon$ efferes *empè*, *erhôte*, *engière*, *entè*. Quod si lineola media immineat supra duas consonas, notat vocalem (plerumque ϵ mutam) in pronunticiando supplendam esse inter utramque consonam, sic $\bar{\alpha}\bar{\eta}\bar{\rho}$, $\bar{\eta}\bar{\rho}$, $\bar{\kappa}\bar{\alpha}\bar{\varsigma}\bar{\kappa}\bar{\varsigma}$ lege *men*, *hen*, *casches*. Quare voces $\bar{\eta}\bar{\rho}\bar{\eta}\bar{\rho}\bar{\alpha}\bar{\eta}\bar{\rho}\bar{\eta}\bar{\rho}\bar{\tau}\bar{\epsilon}$, $\bar{\alpha}\bar{\eta}\bar{\rho}\bar{\eta}\bar{\rho}\bar{\alpha}\bar{\eta}\bar{\rho}\bar{\eta}\bar{\rho}\bar{\tau}\bar{\epsilon}$ legendae sunt *enenremennute*, *emment-remenhet*. Dixi vocalem absentem plerumque esse ϵ , sic in vocibus $\bar{\eta}\bar{\alpha}$, $\bar{\rho}\bar{\eta}\theta\theta\epsilon$, $\bar{\alpha}\bar{\eta}\bar{\rho}\bar{\tau}\bar{\varsigma}\bar{\alpha}\bar{\beta}\bar{\epsilon}$, $\bar{\eta}\bar{\rho}$, $\bar{\eta}\bar{\rho}\theta\tau$, $\bar{\omega}\bar{\eta}\bar{\eta}\bar{\eta}\bar{\theta}$, et aliis sexcentis, quia alii codices Thebani, ac praesertim Memphitae easdem voces plene scribunt cum ϵ , nempe $\eta\alpha$, $\epsilon\rho\theta\tau$, $\eta\epsilon\tau\varsigma\alpha\beta\epsilon$, $\eta\rho$, $\epsilon\rho\theta\tau$, $\omega\eta\eta\eta\theta$. In eo etiam Memphitae a Sahidicis differunt, quod

8

perraro lineolam usurpant media in voce, quemadmodum in ἀλεκταῖο; medias enim vocales scribere amant, ita ut eorum linea obliqua supra solam primam consonam vocabuli cadat. Sunt tamen rara vocabula, in quibus exempta vocalis est ο, sic in ἀλκ, πτκ, ψατε videtur ο supplenda, cum Memphitae scribant αποκ ego, ἵτοκ tu, ψοατε tres. In οπῖτῃ habet pro οτοπταῃ desiderantur ο et α.

Lineolae originem ita mecum reputo. Non secus ac puncta diacritica Hebraeorum, Syrorum, atque Arabum novitia sunt, ita lineola a Coptis usurpari coepit, cum linguae iam decidentis iusta pronuntiatio visa fuit aliquo signo notanda. Porro ex vocalibus alias plene efferbant, alias muto sono; primas Thebani scripserunt, alias lineola imposita indicarunt. Dixerim lineolam Coptorum respondere τῶ Scea Hebraeorum, utraque e mutam designat. Semel ac vero lineola in moribus inducta fuit, coepit etiam abusus, in quo codices sequioris aevi, ac praesertim Memphitici, incredibile dictu quantum luxurientur.

Pleraeque litterae serviles vocibus praefixae, ut vel numerus, vel casus indicetur, sunt consonae cum e muta efferendae, uti ἡ, α; quare πωοτ *ipsis* facile distinguitur ab ἡωοτ *gloriam* quod est ab ωοτ *gloria*, praefixa ἡ nota accusativi. Quod secum reputantes Memphitae existimarunt percommode grammaticis rationibus a se praevisum iri, si ceteras item litteras serviles, licet vocales, pari lineola insignirent. Quamobrem e servile praefixum notans accusativum, vel *ad*, *ab*, *qui* etc. lineola distinxerunt scribentes ἐποῃ, ἐβολ, ἐοτωα, et alia sexcenta. Idem statuerunt de α praefixum imperativi, vel praeteriti, ἀνατ *vide*, ἀορων *aperi*, ἀ πῶε επορπο *Dominus regnavit*. Deinde ab uno ad alium usum servilem digressi lineola etiam notarunt e futuri,

εϕεϩ *faciet*, εκδουτεα *audies*; tum alias ε, et α, et ο, atque ω vix serviles lineola donarunt scribentes ετ *qui*, εϕληοτ *vanus*, ut plane credam lineola abusos esse ad notandum etiam accentum tonicum vocabuli. Sic in ἀποκ, ἐλεϩ, ἐχεπ etc. persuasum habeo lineolam esse accentum; nam cum Thebanis eadem voces scribantur ἀπκ, ελεϩ, εχη, debebant esse paroxytonae, nequit enim accentus supra mutam cadere. In ωπ, ωοτ, οτῆοτ, ἀγγι nihil video nisi accentum. In ἐπιεταιδ, ἀπομαιδ, βοῆοιδ, ἀδρωπ, etc., non video quid duplex lineola notet. Anne Memphitae τὸ *methegh* Hebraeorum sunt imitati? Tum si in ἀσεβης, καθερα, ἀδαοπ, ερετιπ, αρχηερετ etc. accentum notare voluerunt, dicendum est graecam veritatem corrupisse. Quae quum ita sint, ac lineola Memphitica modo absentiam ε mutae indicaverit, modo distinxerit vocales serviles, aut vocalem accentu donandam, tandem nonnullis in vocibus probabili potestate careat, fateri debemus Memphitarum lineolam potius obscurasse, quam illustrasse linguam eiusque grammaticam. E contrario apud Thebanos sua semper atque unica potestas lineolae mansit, ut defectum ε mutae innueret. Ceterum cum eiusmodi defectus facile intelligatur ex natura consonarum immediate coniunctarum, uti αν, ψα, ρπ, ρρ etc., equidem in Lexico saepe lineolam omisi, Zoëgam imitatus in suo Catalogo Codicum Copticorum; at eam accurate notarunt Mingarellius in Fragmentis Thebanis, et Woidius in Novo Testamento Sahidico. Miratus vero sum diligentiam Wilkinsii in Pentateucho et Novo Testamento Memphitico, nec non Ideleri in Psalmis item Memphiticis, qui anxia sollicitudine Memphiticam lineolam typis exprimentam curarunt. Equidem in hac Grammatica Thebaicam lineolam notabo, non item Memphiticam.

§ 7. *Puncta, seu Thebaicum i, et Memphiticum i.*

Sola littera Iota punctis insignitur, iisque duobus apud Thebanos quoties posita post aliam vocalem cum ea non coalescit, ut diphthongum efficiat; sic etiam Graeci οἰ, αῖ scribunt, et Latini oë, aë. Iota vero non diphthongescit,

1.° Quoties est affixum primae personae singularis, sic in εῖ, νεῖ, αῖ praefixis verborum; in τὰρροῖ, ετσαδοῖ etc. suffixis verborum, in εροῖ, παῖ, θατῆῖ etc. suffixis particularum vel nominum.

2.° In pronomibus παῖ, τὰῖ, παῖ, νεῖ, τεῖ, νεῖ.

3.° In plerisque nominibus, verbis, ac particulis quoties est finalis, sic μεῖ, μεῖ *amare*, μοῖ *leo*, ποῖ, *intelligere*, ερραῖ *in*, κῖ *domus* etc.

4.° Media hisce in vocibus τὰῖο *honor*, τὰῖε *condemnare*, θὰῖε *umbra*, τὰῖο *iustificare*, καῖε *desertum*, τοῖο *dominus* etc.; earumque compositis.

Quare quoties αῖ, οῖ scribitur, credendum est Thebanos uti diphthongos pronunciasse.

Atque ita Thebani. Memphitae vero duo puncta aspernati lineolam supra i adhibuerunt non in primo aut in secundo Thebanorum casu, sed in omnibus desinentiis in οῖ, quae plerumque plurales sunt, uti θκροῖ *opera*, φκροῖ *coeli*, μοῖ *leo*; tum in aliis in εῖ, sic μεῖ *memoria*, πορπεῖη *pornevere*, εχμεδλωτεῖη *αἰχμαλωτεύειν*. Ad haec scripserunt ἰρι *facere*, οῖριπα *dextera*, ρικῖ *inclinare*, ἰρι *sitis*, ἀλληλοῖα *alleluia*, ἰε *vel*, ἰπι *similis esse* etc. Tonicum ne accentum notare voluerunt? Atqui scribunt etiam ἰ *venire*. Anne i gravidam pro ei innuere contenderunt, nam pleraeque ex iis vocibus vel in Memphitica, vel in Thebana dialecto scribuntur etiam ope diphthongi ei? Nihil statuo, nisi quod Memphitae multiplicem suae lineolae potestatem mox

recensitam nova hac onerarunt, atque universam signorum diacriticorum theoriam perturbarunt.

§ 8. *Accentus Circumflexus.*

Solis Thebanis in usu est, eoque distinguitur

1.° α in fine plerarumque vocum in α exeuntium, sic οτᾶ *blasphemia*, οτᾶ *unus*, εἰπῡᾶ *dignus*, εἰπτῡῃᾶ *insolentia*, ηᾶ *misericordia*, κᾶ *ultio*, cᾶ *pulchritudo*, cᾶ *latus*, ηᾶ *res*, εἰλᾶ *maculare*, τᾶ *myrias*, ῡᾶ *festivitas*, ῡᾶ *ortus*. His adde ἀη *non*, ἀτᾶη *color*, et λᾶc *lingua*. Sane non accentus tonicus notatur, pleraeque enim sunt voces monosyllabae; nec paria vocabula distinguuntur, nam cᾶ sive *pulchritudinem*, sive *latus* significet, et ῡᾶ sive sit *festivitas*, aut *ortus*, eodem circumflexo donantur. Superest igitur, ut peculiaris sonus, isque longus, τῡᾶ α innuatur. Et revera Thebani duplici α scribunt etiam οτᾶα, ηᾶα, οτᾶαη, et Memphitae ope diphthongi αι dicunt οτᾶι, ηᾶι, cᾶι, εἰχᾶι, ῡᾶι.

2.° εἰ in vocibus εἰ *venire*, οτᾶε *una*, εἰπε *facere*, εἰμε *cognoscere*, εἰπε *compes*. Ergo apud Thebanos triplex εἰ distingui debet; εἰ de quo paullo supra dixi; εἰ quod passim in textibus occurrit; εἰ quod peculiarem sonum habet. Cum vero Memphitae et Basmurici sola vocali ι scribant laudatas voces, ι, οτῑ, ιπῑ, ιμῑ, ιηῑ, suspicor εἰ notasse ι longum.

3.° ο in verbis ὦ *esse*, et λῶ *cessare*. Videtur ο longum innui, quasi oo. Sane Memphitae scribunt οῖ *esse*.

4.° οτ in voce οτ *quid?* ut peculiaris pronuntiatio indicaretur distincta ab illa articuli indeterminati οτ.

5.° ω in vocibus ὠ *manere*, ὠη *reputare*, †οτῡ *germinare*.

Cum Thebani, uti inferius dicam, ament geminare vocales, coniicio eas circumflexo notare, quas duplicare volebant, ita ut $\bar{\alpha}$, $\bar{\omega}$ sint pro $\alpha\alpha$, $\omega\omega$.

§ 9. *Apostrophus.*

Solis etiam Thebanis in usu est, qui virgulam pingunt ad dexteram consonarum β , κ , λ , μ , ρ , τ , peculiarem eorum valorem indicaturi; quare virgula praedictis consonis adscripta apprime respondet accentui circumflexo quibusdam vocalibus imposito.

Commemoratae sex litterae, quoties sunt finales, virgula insigniuntur, sic $\mu\tau\bar{\alpha}'$, $\beta\alpha\kappa\bar{\beta}'$, $\beta\omega\kappa'$, $\mu\kappa\bar{\kappa}'$, $\beta\alpha\bar{\lambda}'$, $\beta\omega\bar{\lambda}'$, $\epsilon\tau\epsilon\kappa\mu\bar{\lambda}'$, $\tau\omega\rho\beta\alpha\beta\bar{\epsilon}\bar{\lambda}'$, $\mu\omega\omega\bar{\mu}'$, $\beta\alpha\bar{\mu}'$, $\alpha\mu\bar{\rho}'$, $\mu\beta\mu\bar{\rho}'$, $\epsilon\beta\omega\bar{\tau}'$, $\beta\alpha\bar{\tau}'$, $\kappa\omega\bar{\epsilon}\bar{\tau}'$. Tum in media voce β in $\bar{\tau}\bar{\beta}'\mu\eta$, $\bar{\tau}\bar{\beta}'\mu\omega\omega\tau\epsilon$ — κ quoties est affixum secundae personae sing. masc. $\epsilon\kappa'\chi\iota$ accipis, $\mu\epsilon\kappa'\kappa\alpha\beta$ terra tua, $\alpha\kappa'\tau\bar{\mu}\mu\omega\omega\tau$ misisti — λ in $\epsilon\omega\bar{\lambda}'\epsilon\bar{\lambda}$ — ρ in $\mu\bar{\rho}'\tau\omega\rho$, $\beta\bar{\rho}'\beta\omega\rho$, $\bar{\rho}'\beta\omega\beta$ operari.

Sane apostrophus peculiarem harum litterarum pronuntiationem notare debet, ego vero suspicor asperam. Enimvero, uti paullo supra monebam, Thebani numquam adhibent aspiratas litteras θ , ϕ , χ , quae saepe apud Memphitas, et raro apud Basmaricos in usu sunt. Fieri tamen potuit, ut antiqua Thebanorum dialectus paulatim vergens ad sororia idiomata coeperit quibusdam in adiunctis asperum litterarum τ μ κ sonum admittere; cum vero in alphabetum inducere nova elementa θ ϕ χ recusarent, maluerunt virgula notare litteras τ μ κ , quae aspero sono essent efferendae, non secus ac Iudaei $\tau\bar{\beta}$ *Raphe*, ac Syri $\tau\bar{\beta}$ *Ruchoch* distinguunt litteras $\tau\bar{\beta}$ $\tau\bar{\beta}$. Sane quoties eiusmodi litterae geminatae leguntur, numquam eas vidi apostropho distinctas; exploratum autem est litteram asperam ge-

minari non posse. Practerea vocabula, in quibus ξ' occurrit, eadem etiam elemento η Thebaice scribi possunt, uti $\eta\omega\tau\epsilon'$ et $\eta\omega\tau\eta$, $\eta\omega\tau\epsilon'$ et $\eta\omega\tau\eta$. Voces vero, quae apud Thebanos habent κ' η' τ' , solent a Memphitis exarari elementis χ ϕ θ . Explicandae supersunt λ et ρ . Dicere possem ρ apud Graecos modo lenè modo asperam esse, apud Hebraeos verò semper asperam utpote quod $\tau\dot{\alpha}$ *daghesa* numquam geminatur; atque adeo Thebaicum ρ fuisse duplici sono donatum. Sed cum videam ρ Thebanorum saepe converti in λ Basmuricum, maxima affinitas et permutatio admittenda est inter ρ et λ , adeoque fuit ρ quod vergeret ad λ , ac vicissim λ quod inclinaret ad ρ ; apostropho vero irregularis utriusque elementi pronuntiatio notata fuit.

Quae si vera sunt, quisque videt Thebanum idioma semina continuisse aspirationum, aliarumque permutationum, quae in dialectis Memphitica et Basmurica explicatae apparent.

Ceterum puncta, accentus circumflexus, atque apostrophus, quae in antiquioribus codicibus passim inveniunt, non solent typis exprimi.

CAPUT II.

DE DIALECTIS.

Dialectos pro re nata iam commemoravi, sed res enucleatius explicanda est. Sermo Copticus tres habet dialectos. Prima, quam frequentabant incolae superioris Aegypti, Thebana dicitur ab urbe Thebarum, vel Saïdica ab Arabico vocabulo *Saïd*, quod meridionalem

hanc Aegypti partem notat. Altera Memphitica appellatur ab urbe Memphi, qua utebantur Aegyptii ad septemtrionem positi in Aegypto inferiori. Tertia est Basmurica, de qua post Picquesium, Munterum, et Georgium fuse disseruerunt Zoëga, Quatremere, atque Engelbreth (1); hac, utpote ex Memphitico et Thebano idiomate conflata, usae videntur regiones, fortasse Oases, quae inter superiorem atque inferiorem Aegyptum continebantur. Quaerenti vero quaenam ex tribus dialectis purior sit ac magis intaminata, respondeo Thebanam ceteris praestare, quod facile colligitur sive ex natura sermonis propius ad analogiam exacti, ac minus foedati Graecis vocabulis, sive ex situ regionis longius ab exterorum consuetudine dissitae. Quae quum ita sint, grammatica Coptica non solum tria haec idiomatica explicare debet, sed etiam Thebanum constituere tamquam ceterorum fundamentum. At, cum Basmurici sermonis vix pauca fragmenta innotescant, haud semper potui Basmuricas formas citare; nam religioni duxi eas tantum in medium proferre, quae certo librorum testimonio firmarentur.

Ut vero trium idiomatum diversitas facilius aestimetur, eas mutationes exponam, quas patiuntur litterae, quin ulla grammatica ratio intercedat; nam varietates ad grammaticam spectantes suo quasque loco declarabo. Siglae T. M. B. indicabunt voces dialecti Thebanae, Memphiticae, Basmuricae.

(1) Zoëga *Catalogus Codicum Copt.* p. 139 sq. Quatremere *Recherches critiques et historiques sur la langue et la littérature de l'Égypte* p. 147 sq. Engelbreth *Fragmenta Basmurico-Coptica V. et N. Testamenti* p. v. sq.

§ 1. *Clavis trium dialectorum.*

α Basmurice scribitur pro ο, ω Thebano et Memphitico

εβολ T. M.	<i>ab.</i>	εβαλ B.
αποπ	<i>nos</i>	απαπ
οπ	<i>etiam</i>	απ
ωπ̄ε	<i>vivere</i>	απ̄ε
ααωτεπ	<i>vos</i>	ααατεπ, et sic saepissime.

— Basmurice etiam adhibetur pro ε Th. Mem.

ερε T. M.	<i>bos</i>	αρε B.
ωεπ	<i>emere</i>	ωαπ
ερητ	<i>invicem</i>	αλητ
εετ	<i>abstergere</i>	βατ.

— Basmurice quandoque, et raro Thebaice, supplet

ε mutam, seu lineolam

οτωπ̄ε T. M.	<i>manifestare</i>	οτωπαε T.	οταπαε B.
εωπ̄ε	<i>ligare</i>		εαπαε
ωωλαε	<i>stigma</i>	ωωλαε	
τωβ̄ε	<i>oratio</i>		τωβαε.

— et ε Thebaice et Memphitice permutantur

αω T.	<i>suspendere</i>	εω M.
αλολι M.	<i>uva</i>	ελοολε T.
αβοτ M.	<i>mensis</i>	εβοτ T.
καε M.	<i>os</i>	κεεε T.

ε Basmurice usurpatur pro α T. M.

εεπ *iudicium*, επ *non*, με *locus*, λεωι *gaudere*,
κερι *terra*, πετ *videre* pro T. M. εαπ, απ, αα, ραωι,
καε, πατ, et sic saepissime.

— Memphitice semper, et Basmurice saepius, supplet

ε mutam, seu lineolam Thebanorum

εωρα T.	<i>errare</i>	εωρεα M.	
ερηε	<i>novus</i>	εερι	εερι B.
εχπ	<i>super</i>	εχεπ	εχεπ

16

ⲁⲓⲕⲁⲣ T. *affligere* ⲉⲓⲓⲕⲁⲣ M. ⲉⲓⲓⲕⲁⲣ B.
et passim.

ⲛ Basmurice pro ⲁ T. M.

ⲛⲁⲓ T. M.	<i>ei</i>	ⲛⲓⲓ B.
ⲉⲣⲣⲁⲓ	<i>super</i>	ⲉⲣⲣⲓⲛⲓ
ⲛⲁⲧ	<i>eis</i>	ⲛⲓⲧ
ⲛⲁⲛ	<i>nobis</i>	ⲛⲓⲛ

— Memphitice pro ⲁ

ⲛⲁⲓ T.	<i>mihī</i>	ⲛⲓ M.
ⲉⲣⲣⲁⲓ	<i>super</i>	ⲉⲣⲣⲓⲛⲓ

— Basmurice etiam pro ⲉ T. M. finali

ⲱⲉ T. M.	<i>lignum</i>	ⲱⲓ B.
ⲉⲉ	<i>modus</i>	ⲉⲓ
ⲁⲛⲉ	<i>caput</i>	ⲁⲛⲓ
ⲃⲗⲁⲉ	<i>coecus</i>	ⲃⲉⲗⲗⲓⲛ.

ⲓ Memphitice et Basmurice pro ⲉ finali Thebanorum

ⲱⲓⲛⲉ T.	<i>quaerere</i>	ⲱⲓⲛⲓ M. B.
ⲱⲓⲛⲉ	<i>erubescere</i>	ⲱⲓⲛⲓ, et sic millies.

— Memphitice pro ⲉⲓ T. B.

ⲉⲓⲛⲉ T.	ⲉⲓⲛⲓ B.	<i>ducere</i>	ⲓⲛⲓ M.
ⲉⲓⲛⲓ	ⲉⲓⲛⲉ	<i>simus</i>	ⲓⲛⲉ
ⲧⲁⲗⲁⲉⲓⲟ		<i>iustificare</i>	ⲉⲗⲗⲁⲓⲟ
ⲫⲟⲉⲓⲧ		<i>oliva</i>	ⲫⲟⲉⲓⲧ

et saepe.

— Memphitice et Basmurice additur in fine vocum

ⲟ	<i>esse</i>	ⲟⲓ M.	ⲁⲓ B.
ⲕⲁⲣ	<i>terra</i>	ⲕⲁⲣⲓ	ⲕⲁⲣⲓ
ⲟⲧⲁ	<i>unus</i>	ⲟⲧⲁⲓ	ⲟⲧⲁⲓ
ⲉⲉ	<i>cadere</i>	ⲉⲉⲓ	ⲉⲓⲛⲓ
ⲉⲱⲓ	<i>capillus</i>	ⲉⲱⲓ	
ⲫⲟ	<i>turus</i>	ⲫⲟⲓ	

Quare dici potest Memphitas et Basmuricos maxime
amare ⲓ in fine vocum.

ω Memphitice pro Thebano. ος

οτοει	<i>agricola</i>	οτωι	M.
οτοειη	<i>lux</i>	οτωηη	
ροειρε	<i>excrementum</i>	ρωηρη	
σοεκυ	<i>par boum</i>	σωωυ	

— Memphitice pro Thebano ο, vide mox.

ατ Basmurice pro T. οοτ et. M. ωοτ

ροοτη	<i>virgo</i>	ρωοτη	M.	λατη	B.
εσοοτ	<i>ovis</i>	εσωοτ		εσατ	
κοοτε	<i>alii</i>	κερωοτη		κεκατη	

tum Basmurici scribunt αατ *mittere*, αατ *aqua*, τατ *mons*, ατ *gloria*, pro Thebanis χοοτ, αοοτ, τοοτ, εοοτ.

εει Basmurice in fine vocum pro T: α, et M. αι

ψα	<i>dies festus</i>	ψα	M.	ψεει	B.
ηα	<i>misereri</i>	ηαι		ηεει	
οτα	<i>unus</i>	οται		οτεει	
σοτα	<i>neomenia</i>	σοται		σοτεει	

Thebani et Basmurici amant geminare vocales, praeter i

οτααδδ	<i>purus esse</i>	οταδ	M.	οτεεβ	B.
ααταατ	<i>solus ego</i>	αατατ			
ααατ	<i>mater</i>	αατ			
αεετε	<i>cogitare</i>	αετη		αηηοτη	
pro *antequam habitaret*, ubi Thebanus recte ἀπατεροῦσθαι *antequam habitaret*; alterum Gal. 1. 4 ὑπατεροῦσθαι pro *ut nos liberaret*. Vel textus corruptus est, vel interpres aliud legit in graeco.

De Particulis Conditionalibus.

Excursus.

Coniunctio *si* conditionem notat, quam volumus vel negare, — vel affirmare, seu quia ita credimus, seu quia adversario ita esse concedimus, — vel incertam relinquere haud definientes, utrum res futura sit, nec ne, — vel denique conditio refertur ad tempus, ita ut pro conditione *si* adhiberi etiam possit particula *quando*. Copti pro varia conditionis specie diversa adhibent vocabula.

Pharisaeus videns Christum comiter excipientem mulierem perditissimam dixit: *si propheta esset hic, sciret quae sit haec mulier* Luc. vii. 39; scilicet usus conditione negativa ita ratiocinabatur: *non est propheta, quia nescit quae sit haec mulier*. Copti conditionem negaturi utuntur particula ene *si*.

Christus Iudaeos alloquens, postquam Ioh. viii. 45 professus fuerat se veritatem dicere, ita argumentatur: *si veritatem dico vobis, cur non creditis mihi?* habes conditionem, quam Christus de se affirmabat. At Iudaei, qui Christum illudentes dicebant: *si rex Israël est, descendat de cruce* Matth. xxvii. 42, propositionem quidem concedebant, at non ex propria sententia, sed ex sententia Christi, ut argumentum in ipsum retorquerent. Duplex igitur esse potest affirmatio vel quia ita credimus, vel quia ita concedimus. Copti conditionem affir-

maturi Thebaice et Basmurice scribunt *eyze*, Memphitice *icze si*.

Saepe vero conditio est mera hypothesis, quam animo fingimus, haud solliciti de eius eventu, uti: *si quis cultor Dei est, hunc Deus audit Ioh. ix. 31*. Copti meram hypothesis enunciaturo Thebaice dicunt *eywne*, Memphitice *eywri*, Basmurice *eywri si*.

Tandem qui ait *si rem amissam inveniam, gaudebo Matth. xviii. 13*, poterat etiam dicere *quando inveniam*. Copti hanc conditionem enunciant particula *ϣan*, quae modo *si*, modo *quando* redditur, vel *si quando*, ita tamen, ut incertum relinquamus, utrum res eventura sit, nec ne.

Arabes negantem tantum, atque hypotheticam conditionem distinxerunt duabus coniunctionibus *لو*, et *ان* (1); at Copti eam accuratissimam analysim instituerunt, qua subtiliorem philosophi ipsi non invenissent.

De coniunctionibus *ene* et *ϣan* dicam illustrans tempora verbi, quae cum iis componuntur. At de *eywne*, et *eyze*, quae solitariae adhibentur, iuvat hic exempla ponere, quibus constet, me non theoriam comminisci, sed certissimam, licet hucusque ignotam, veritatem expromere.

Coniunctio T. B. eyze, M. icze.

Memphiticum *icze* constat ex *ic* *ecce*, et *ze* *quia*; in Thebano *eyze* video *ϣ* pro *c* positum, ita ut *eyze* pro *ecze* itidem notet *ecce quia*. Ipsum etymon iam innuit coniunctione affirmari propositionem, quae inde pendet.

Revera Christus postquam multa suae doctrinae scita

(1) Sacy *Grammaire Arabe* t. 1. n.º 885.º

edocuisset Apostolos, ita eos alloquitur: *si scitis ista, beati vos si feceritis ea Ioh. XIII. 17*, primum *si* est ἰσχε affirmantis, alterum hypotheticum εἴπω. Paulo supra v. 14 *si* (ἰσχε) *ego lavi pedes vestros . . . etiam vos debetis lavare pedes*. Tum *Luc. XI. 15* cum nonnulli Iudaei dicerent Christum daemonum ope eicere daemones, hoc argumento eos perstringebat: *si* (ἰσχε) *Satanas divisus est . . . si* (ἰσχε) *ego eiicio daemones in Belzebug* (hucusque ex sententia adversariorum; tum in sua sententia pergit) *si* (ἰσχε) *in digito Dei eiicio daemones . . . profecto pervenit regnum Dei*; tum hypothésim fingens: *si* (εἴπω) *fortis armatus custodierit aulam . . . si* (εἴπω) *fortior illo veniat . . . in pace sunt quae possidet . . . si* (ἡδῆ, seu quando) *spiritus immundus exierit ex homine transit per loca arida*. Et Satanus Christum tentaturus *Matth. IV. 6 si* (ἰσχε, ut ais) *filius Dei es, hinc te deice . . . omnia tibi dabo, si* (ἡδῆ quando) *adoraveris me*. Tum Christus alloquens Apostolos aiebat: *si* (ἰσχε uti dicitis, ac verum est) *mundus odit vos, scitote eum me odisse prius; si* (εἴπω, neque enim id credo) *ex mundo essetis, diligeret mundus quod suum est Ioh. XV. 18*. Vide *Matth. IV. 3. V. 29. 30. VIII. 31. XI. 14. XVIII. 8. 9. XIX. 10. XXVI. 39. 42*.

Quamvis vero sexcentis in locis hanc vim affirmantem deprehenderim, sunt tamen nonnulla in quibus dubitare licet, utrum affirmare debeas, an rem incertam relinquere. Ita *Matth. XIX. 17* adolescens, qui Christum interrogaverat *Doctor bone quid faciam, ut vitam aeternam possideam?* tulit responsum: *si vis ad vitam ingredi, serva mandata . . . tandem vade, vende quae habes, et da pauperibus*; quibus auditis, adolescens, utpote ditissimus, abiit tristis. Si animum consideres adolescentis Christum adeuntis, ἰσχε scriberes cum Memphitico; at si rei exitum respicias, iure Thebanus scripsit

114

εϣωπε *si contingat ut velis ad vitam ingredi*. Eadem varians inter utrumque textum occurrit *Act.* v. 39. Memphitico icze Gamaliel se prodit Apostolis benevolum, ac fere Christianum; Thebano εϣωπε prudenter suam mentem celat.

Inter multa Basmurica loca vide *I. Cor.* xv. 2. 12. 13. 14. 16. 17. 19. 32.

Coniunctio T. εϣωπε, M. εϣωπ, B. εϣωππ.

Utraque coalescit ex *e si*, et T. ϣωπε, M. ϣωπ *esse*; particulam *e* quandoque notare *si* demonstrant exempla a me allata in *Lexico* p. 30. Quare utraque vi sui etymi valet *si sit*, *si contingat*, atque adhibetur quoties meram hypothesim fingimus, nihil quidem statuentes, utrum revera locum habitura sit, nec ne, sed ut significemus quid, ea posita; secuturum sit.

Memphitice construitur cum tempore subiunctivo, εϣωπ πτοργει *si contigerit ut cadant* *Levit.* xi. 37, εϣωπ πτε ορον μου *si aliquis moriatur* *ib.* 39. Vide *Levit.* xiii. 12. 16. 22. 23. 27. 35. 42. 57.

Thebaice construitur cum futuro πα, uti εϣωπε ορα παδιακοπει *si contingat ut quis ministret* *Ioh.* xii. 26, εϣωπε σεπαρω *si remittant* *Act.* viii. 22, εϣωπε ετ-παεϣβλεδωμεν *si poterunt palpare eum* *Act.* xvii. 27.

Basmurice modo cum subiunctivo construitur Q. 243, modo cum futuro *I. Cor.* vii. 9; tum *ib.* xiv. 35 cum praesenti.

XVIII. *Tempus Compositum cum Particula* επε *si*.

Dixi επε *si* eam afficere propositionem, quam negare volumus. Concinit etymon, nam π̄ seu επ̄ est particula negativa *non*.

Thebaice επε praefigitur praesenti ει, Memphitice praeterito αι. Exemplum secundae pers. fem. habemus Thebaice επερεσοοτη πε *Ioh. iv. 10*, Memphitice επαρεεαι πε *Ioh. iv. 10. Luc. xix. 42. si scires, vel scivisses.* Additur enim quandoque πε, ut luculentior appareat vis imperfecti, nec veritas *si scias*; ita επαρετενπαεϝ πε *si crederetis Ioh. v. 46.* In tertia pers. Memphitice scribitur επαρε πιπεβηι εαι *si paterfamilias sciret Matth. xxiv. 43,* vide *Hebr. viii. 7.*

Saepe tamen Memphitice adhibetur solitaria particula επε, sequente praeterito, uti επε δεπ σορομα αρωωπι *si in Sodoma fuissent Matth. xi. 23*, επε αϝ πομοο πε *si dederunt legem Gal. iii. 21*, επε α παι πομα ωωωπι *si istae virtutes factae fuissent Matth. xi. 21.*

In allatis locis ene propositionem negat, ac phrasis in negantem propositionem converti poterat; sic επαρετεπεαι... παρετενπαϝεαν απ πε *si sciretis... non iudicaretis*, scilicet *nescitis, ideo iudicatis Matth. xii. 7*, επε οτπροϝητης πε ϝαι παρπαεαι κε οτ πε *si propheta esset iste utique sciret quaenam haec est, nempe hic non est propheta, ideo nescit Luc. vii. 39.* Nam propositio negans transit in affirmativam, quia duplex negatio affirmat, sic επε οτεβολ απ εαι πποττε πε παι περπαωϝ λδδτ πρωβ απ πε *si ex Deo non erat iste, non erat facturum aliquod opus, seu hic erat ex Deo, ideo fecit opus Ioh. ix. 33.* Vide in utroque textu *Matth. xi. 21. 23. xii. 7. xxiii. 30. xxiv. 43. Ioh. iv. 10. v. 46. viii. 19. 39. 42. ix. 41. xi. 21. 32. xv. 19. xviii. 36.* Quid plura? Christianus Wahl in *Clavi N. Testamenti philologica* ad vocem ει hanc negativam significationem recensens loca supra centum citat; eadem ego contuli in Copticis textibus, ac perpetuo, si tria vel quatuor loca excipias, usurpatam vidi particulam negantem επε. Dixi nonnulla loca esse excipienda, nam pro ιοξε *Ioh. xiv. 7. Gal. i.*

116

10. *Hebr.* viii. 4 aliquis fortasse mallet ελε. Sed quoties inter voces, ut aiunt, synonymas acuta intercedit distinctio, facile contingere potest aliquot in locis, ut dubium oriri possit utra earum praeferenda sit.

Solus Basmuricus locus est *Hebr.* vii. 11 ubi legitur πετεποτρωκαεψααπ, emenda et divide ελεην (pro ελε οτη) οτρωκ δε ψααπ *si autem perfectio foret.*

XIX. *Tempus Compositum cum Particula ψαπ si.*

Qui ait *si quis mandata servaverit salvus erit* meram hypothesim fingit nihil sollicitus, utrum ille mandata servaturus sit, necne, tantum affirmat quid inde sequetur. At qui dicit *si rem amissam invenero, gaudebo* non solum fingit hypothesim, sed praeterea innuit vel propositum, vel desiderium perquirendi rem amissam, nihil tamen affirmans de sua spe inveniendi, tum gaudium declarat quando eam invenerit. Quare alterum *si* ab altero distinguitur, licet maxima affinitas inter utrumque intercedat; primum est εψωπ, alterum ψαπ. Porro constat ψαπ esse quoque particulam dubitantis *utrum, an*; hinc ψαπ *si* dubium notat, quod animum loquentis afficit, ac reddi potest *si, quando, vel si quando*, quod tamen incertum est.

Ex dictis sequitur verbum vel futuro tempore reddendum esse εψωπ οτα βωκ εγοτη *si quis introierit Ioh. x. 19*, vel praesenti ita ut actio mox sit complenda εψωπκρηνε *si ego iudico, vel mox iudicavero Ioh. v. 16*. Raro enim contingit verbum praeterito tempore convertendum esse, uti εψωπψαζε (M. εψωπ αψωπκαζι) π̄αματ ψατ† οτβη *quando loquebar illis impugnabant me Psal. cxix. 28*, quod ex apodosi intelligitur, in qua adest praeteritum, et ψαπ reddi debet *quando*. Nam de

praeterito tempore, utpote nobis comperto, nisi improprie usurpatur particula dubitans $\psi\alpha\lambda\eta$.

Mulier quae sanguinis fluxum patiebatur aiebat: $\alpha\psi\alpha\lambda\eta\sigma\iota$ *si tetigero* (quod maxime cupio) *fibriam vestis Christi, salva ero* *Matth. ix. 21* — *Quid prodest homini $\alpha\psi\alpha\lambda\eta\chi\epsilon\lambda\epsilon\theta\eta\sigma\iota$ si lucratus fuerit* (quod maxime cupit) *universum orbem?* *Matth. xvi. 26* — *Pastor $\alpha\psi\alpha\lambda\eta\psi\omega\pi\iota$ si contigerit* (quod sollicite vult) *ut inveniat ovem amis- sam* *Matth. xviii. 13* — *Ego $\alpha\psi\alpha\lambda\eta\sigma\iota\sigma\iota$ si exaltatus fuero* (quod mihi propositum est) *a terra* *Ioh. xii. 32* — *Domine $\epsilon\kappa\psi\alpha\lambda\eta\sigma\iota\omega\psi$ si vis* (cupio te velle) *potes me mun- dare* *Matth. viii. 2.*

Recte etiam hisce in locis interpretari potuissem *quando*, vel *si quando*, *si umquam*; quare saepe, maxime Memphitice, scribitur $\epsilon\psi\omega\pi\iota$ $\psi\alpha\lambda\eta$, ita ut $\epsilon\psi\omega\pi\iota$ hypothesis notet, $\psi\alpha\lambda\eta$ vero tempus, uti $\epsilon\psi\omega\pi\epsilon$ $\epsilon\rho\psi\alpha\lambda\eta$ (M. $\epsilon\psi\omega\pi\iota$ $\alpha\rho\epsilon\psi\alpha\lambda\eta$) $\pi\epsilon\kappa\sigma\iota\pi$ $\pi\rho\sigma\epsilon$ *si quando frater tuus peccet* *Matth. xviii. 15*; paullo infra v. 21 uterque non bene $\epsilon\rho\psi\alpha\lambda\eta$ (M. $\alpha\rho\epsilon\psi\alpha\lambda\eta$) $\pi\alpha\sigma\iota\pi$ $\pi\rho\sigma\epsilon$ *si frater meus peccet*. Vide *Matth. xxiv. 26. 48. Ioh. viii. 54* (ubi uterque textus habet $\epsilon\psi\omega\pi\iota$ $\psi\alpha\lambda\eta$), *Matth. xxi. 25. 26. Ioh. v. 31. viii. 55. xi. 48*, ubi Thebanus solum habet $\psi\alpha\lambda\eta$, et Memphiticus $\epsilon\psi\omega\pi\iota$ $\psi\alpha\lambda\eta$, quod Memphitis praesertim arridet.

Quod si unice tempus significare velimus, fere de ma- omni dubitatione, scribendum erit $\theta\omicron\tau\alpha\pi$ $\psi\alpha\lambda\eta$ *quando*, uti T. $\theta\omicron\tau\alpha\pi$ $\epsilon\tau\epsilon\pi\psi\alpha\lambda\eta\pi\alpha\tau$, et M. $\theta\omicron\tau\alpha\pi$ $\alpha\rho\epsilon\tau\epsilon\pi\psi\alpha\lambda\eta\pi\alpha\tau$ *quando videritis* *Luc. xiii. 28*, vide *Matth. xxiv. 33. Marc. xiv. 25. Luc. xii. 11. Act. xxiii. 35*. Sunt tamen loca, in quibus alter interpres habet $\epsilon\psi\omega\pi\iota$ $\psi\alpha\lambda\eta$, alter $\theta\omicron\tau\alpha\pi$ $\psi\alpha\lambda\eta$, uti *Matth. ix. 15*. Tum quandoque Memphiticus scribit $\epsilon\psi\omega\pi\iota$ $\psi\alpha\lambda\eta$ *quando* de re, quae certo continget, confer *Act. i. 8*. Fateor enim $\epsilon\psi\omega\pi\iota$ pro $\psi\alpha\lambda\eta$, et vicissim, usurpatum fuisse, atque utramque signifi-

cationem confusam, donec Memphitae utramque particulam coniungentes scripserunt εϣωπ ϣαπ.

Exemplum secundae pers. fem. habes *Ming.* 64 ερϣαπ-
χοοc *si tu dices* T. et ἀρεϣαππαεϣ M. *si tu credi-*
deris Ioh. xi. 40.

Basmurici saepius cum Thebanis consentiunt, vidi enim
ειϣαπ, εκϣαπ, εϣαπ, εϣωαπ, ερϣαπ, επϣαπ, ετε-
τεπϣαπ, ετϣαπ, at vidi etiam Memphitica αϣαπ, α-
λεϣαπ, ατετεπϣαπ, ατϣαπ.

Imperativus.

Ipsa radix pro imperativo usurpatur, sic βωκ *ito; ite,*
εμοτ *lauda, laudate*, ωτ̄α *audi, audite*, et sic ple-
rique imperativi.

Nonnulla tamen verba habent peculiarem formam im-
perativi.

1.º Sunt quae praefigant α radici, sic
απατ *vide, videte Luc. xiv. 39. Ioh. i. 47 a πατ videre.*
αμοι *utinam* (vide Lexicon meum p. 90), quod α
μοι *dare* proprie esset *da, cedo.*

αχοc M. αχιc T. *dic, dicite* passim, a χω *dicere* cum
suffixo c tertiae pers. fem. Atque ita distinguitur a χω
canta, cantate Psal. cxlix. i. In usu etiam est χοοc *di-*
cite Marc. xi. 3.

αχωε̄α *esto immunda Ierem. ii. 22 in Z. 511 a χωε̄α.*

αλοκ *desine, αλωτ̄π desinite* a λο *continere* cum suf-
fixo reciproco personae, vide meum Lexicon p. 78.

αοτωπ *aperi, aperite Luc. xxiii. 25. Marc. vii. 34* ab
οτωπ, sed in usu etiam est αοτωπ *aperire.*

αμοτ *veni* (vide Lexicon meum p. 5) ab inusitato
μοτ *venire.*

αλι *tolle, tollite* ab ελ *tollere*, contractum ex αελι
vide meum Lexicon p. 33.

ⲁⲛⲓ *duc*, *ducite* ab ⲉⲛ *ducere*, contractum ex ⲁⲉⲛⲓ vide Lexicon p. 8.

ⲁⲣⲓ *fac*, *facite* ab ⲉⲣ *facere*, contractum ex ⲁⲉⲣⲓ vide Lexicon p. 10.

Haec sola verba novi, quae praefigant ⲁ. Eiusmodi vero ⲁ credo ortum ex particula hortantis ⲁⲣ *eia*, *cedo*, quae apud *Mattth.* xviii. 28 (*Ming.* 7) respondet graeco ἀπόδος *redde*, et *Iòh.* xx. 27 legitur pro graeco φέρε *fer*. Integra particula ⲁⲣ adhuc superest in ⲁⲣⲟⲩⲁⲅ *appone Psal.* lxxviii. 28 pro ⲁⲣ ⲟⲩⲁⲅ *eia appone*; atque in ⲁⲣⲟⲩⲱⲛ *aperite Psal.* cxvii. 19 pro ⲁⲣ ⲟⲩⲱⲛ *eia aperite*.

Dixi ⲁⲣⲓ esse imperativum verbi ⲡ, seu ⲉⲣ, quare verba ex ⲡ composita habent item imperativos ⲁⲣⲓ, sic Thebaica ⲁⲣⲓⲙⲓⲡⲧⲣⲉ *testare Iòh.* xviii. 23, ⲁⲣⲓⲡⲙⲉⲉⲧⲣⲉ *recordare, recordamini Lùc.* xxiv. 6 et passim, ⲁⲣⲓⲡⲁⲅⲣⲉ *sanate Mattth.* x. 8, ⲁⲣⲓⲅⲟⲧⲉ *time Sir.* vii. 29. 31. sunt imperativa verborum ⲡⲙⲓⲡⲧⲣⲉ, ⲡⲡⲙⲉⲉⲧⲣⲉ, ⲡⲡⲁⲅⲣⲉ, ⲡⲅⲟⲧⲉ. Legi tamen ⲡⲅⲟⲡⲣⲉ *renovamini Eph.* iv. 23. Hinc cum *Sophon.* iii. 4 occurrat imperat. ⲉⲣⲟⲩⲟⲧ, statuendum est verbum ⲉⲣⲟⲩⲟⲧ non constare ex ⲉⲣ et ⲟⲩⲟⲧ, vide Additamenta ad meum Lexicon. Plane irregulare est ⲁⲣⲡⲅⲟⲧⲉ *timete Lùc.* xii. 5, illudque recte comparaveris cum ⲁⲣⲓⲣⲉ *fac Mattth.* iii. 8. Z. 514 in quo habes imperativum ⲁⲣⲓ praefixum verbo ⲡⲉ *facere*.

Memphitica exempla ⲁⲣⲓⲫⲁⲅⲣⲓ *sanate* ab ⲉⲣⲫⲁⲅⲣⲓ, ⲁⲣⲓⲅⲟⲧ *time*, *timete* ab ⲉⲣⲅⲟⲧ etc. passim occurrunt. Imo Memphitae praeterea scribunt ⲁⲣⲓⲉⲙⲓ *scito, scitote*, quasi verbum esset ⲉⲣⲉⲙⲓ; legi tamen ⲉⲙⲓ *scito Psal.* cxxxviii. 23. At Thebani solum usurpant ⲉⲙⲉ *scito, scitote Marc.* xiii. 29. *Lùc.* xii. 39.

2.º Altera peculiaris forma imperativi est ⲙⲁ, quod est imperativum verbi ⲧ *dare*, sic

ⲙⲁ ⲡⲁⲓ ⲉⲣⲱⲩⲱⲓ ⲡⲛⲓ *da hanc potestatem mihi Act.* viii. 19.

ⲙⲁ ⲛⲁⲓ ⲁⲛⲉⲓ ⲙⲉⲟⲟⲧ *da mihi hanc aquam* Iòh. iv. 15. Vide *Lùc. Luc.* ix. 13. xi. 4. xv. 12. Hoc vero inter Thebanos et Memphitas interest discrimen, quod isti semper usurpant in imperativo formam ⲙⲁ *da, date*; Thebani vero quandoque etiam adhibent infinitum †; sic † ⲉⲃⲟⲗ *vendite* Lùc. xii. 33, † ⲛⲓⲛⲁⲛⲣⲟ *date quae sunt regis* Matth. xii. 21; et Ròm. xiii. 7 alii codices habent ⲙⲁ, alii †.

Hinc omnia verba composita cum † habent imperativum ⲙⲁ, sic ⲙⲁⲃⲁⲛ *iudica*, ⲙⲁⲧⲟⲧ *adiuva*, ⲙⲁⲓⲥⲧ *confige*, ⲙⲁⲃⲟⲛⲕ *attende* etc. sunt imperativi verborum †ⲃⲁⲛ, †ⲧⲟⲧ, †ⲓⲥⲧ, †ⲃⲏⲧ, et sic apud Memphitas omnia verba, quae cum † componuntur.

Thebani vero utramque formam adhibent, sic †ⲕⲉⲱ *doce* I. Tim. vi. 2, ⲙⲁⲧⲥⲁⲃⲉ *Sir.* x. 28.

†ⲃⲏⲛⲕ *attende* Sir. xiii. 8. 13; ⲙⲁ†ⲃⲏⲛⲕ *Sir.* xii. 11. Tum occurrunt †ⲙⲛⲉⲕⲟⲧⲟⲓ *accede* Act. viii. 29, †ⲉⲟⲟⲧ *honora*, *da gloriam* Iòh. ix. 24. xiii. 27 etc.

Idem etiam dicendum de verbis compositis cum τ pro †, uti ⲧⲥⲁⲃⲟ *docere* (a τ et ⲕⲉⲱ *dare doctrinam*), ⲧⲟⲧⲃⲟ *salvare* (a τ et ⲟⲧⲁⲓ *dare salutem*), ⲧⲟⲧⲃⲟ *mundare* (a τ et ⲟⲧⲁⲃ *dare puritatem*) etc., nisi quod ista praemittendo ⲙⲁ retinent tamen τ, hinc sunt imperativi ⲙⲁⲧⲥⲁⲃⲟ, ⲙⲁⲧⲟⲧⲃⲟ, ⲙⲁⲧⲟⲧⲃⲟ, quibus adde Memphiticós imperativos ⲙⲁⲧⲁⲃⲟ, ⲙⲁⲧⲁⲃⲟ, ⲙⲁⲧⲟⲧⲛⲟⲥ, ⲙⲁⲧⲁⲕⲧⲟ, ⲙⲁⲧⲁⲃⲣⲟ, ⲙⲁⲃⲁⲙⲓⲉ, ⲙⲁⲃⲁⲙⲓⲉ, ⲙⲁⲧⲁⲙⲟ, ⲙⲁⲃⲟⲧⲱⲧ; ⲙⲁⲧⲁⲧⲟ, ⲙⲁⲧⲁⲛⲃⲟ, ⲙⲁⲃⲟⲧⲉⲧ. Hinc certum habemus criterium, quo dignoscamus verba, quae incipiunt a ⲉ, vel τ positis pro † *dare*. Quare cum *Psal.* vi. 2 legatur ⲙⲁⲧⲁⲗⲃⲟ *sana*, dicendum est verbum ⲧⲁⲗⲃⲟ constare ex τ *dare*, et ⲗⲱⲭ, quod Thebaice esset ⲗⲱⲃ, *convalescere*, ut sit *dare convalescentiam*. Unicum verbum, quod equidem sciam, ab hac regula abscedens est ⲙⲉ *ire*, cuius imperativus est ⲙⲁⲙⲉ, quin uspiam

invenerim formam $\tau\psi\epsilon$, aut $\dagger\psi\epsilon$. Legitur etiam *Ioël* i. 14. *Amos* iii. 9 $\Theta\omega\sigma\tau\uparrow$ *congregate*, quod rectius scriberetur $\mu\alpha\theta\omega\sigma\tau\uparrow$.

Thebani etiam hisce in compositis utramque adhibent formam, hinc

$\tau\alpha\mu\epsilon$ *nuntiate* *Act.* xii. 17, $\mu\alpha\tau\alpha\mu\omicron\iota$ *nuntiate mihi* *Mätth.* ii. 8.

$\tau\alpha\mu\iota\omicron$ *construe* *Act.* vii. 40, $\mu\alpha\tau\alpha\mu\iota\omicron$ *Lüc.* xii. 33.

$\tau\beta\beta\omicron$ *esto purus, purificate* *Mätth.* viii. 3, $\mu\alpha\tau\beta\beta\omicron$ *sanctifica* *Iöh.* xvii. 17.

Tum $\Theta\beta\beta\iota\omicron$ *humilia* *Sir.* xviii. 21, $\tau\alpha\pi\epsilon\tau$ *crede* *Sir.* xxxv. 22, et contra $\mu\alpha\tau\omicron\tau\chi\omicron$ *libera* *Lüc.* xxiii. 37. 39, $\mu\alpha\tau\omicron\tau\omicron$ *ostendite* *Mätth.* xxii. 19, $\mu\alpha\tau\alpha\pi\epsilon\omicron$ *salva* *Mätth.* viii. 25, $\mu\alpha\tau\alpha\iota\epsilon$ *honora* *Sap.* 306, $\mu\alpha\tau\varsigma\alpha\beta\epsilon$ *doce* *Sir.* x. 28, $\mu\alpha\tau\alpha\chi\pi\epsilon$ *confirma* *Sir.* xxix. 3, $\mu\alpha\tau\bar{\mu}\mu\omicron\iota$ *ciba me* *Sir.* xxix. 26, $\mu\alpha\tau\omicron\tau\pi\epsilon\varsigma$ *excita* *Sir.* xxxiii. 7, $\mu\alpha\tau\alpha\psi\omicron$ *multiplycate* *Sir.* xliii. 30. Praeterea Thebani dicunt etiam $\mu\alpha\tau\pi\pi\eta\tau$ *mitte* *Lüc.* xvi. 24, $\mu\alpha\tau\pi\pi\omicron\sigma\tau$ *mitte* *Sap.* 463, quod verbum probabile fit compositum esse cum τ *dare*. Sed offendi $\mu\alpha\chi\pi\sigma\tau\psi$ *interrogate eum* *Märc.* ix. 23, $\mu\alpha\chi\pi\epsilon$ *interroga* *Iöh.* xviii. 21, $\mu\alpha\chi\omicron\sigma\tau$ *mitte* *Act.* x. 5. 32. xi. 13, $\mu\alpha\chi\omicron\sigma\tau\pi$ *mitte nos* *Mätth.* viii. 31, quin uspiam invenerim verba $\chi\pi\epsilon$, $\chi\omicron\sigma\tau$ composita cum \dagger , vel τ .

In Verbum $\tau\pi\epsilon$, $\Theta\pi\epsilon$

Excursus.

Cum Infinitum nequeat recte intelligi, nisi perspectum sit verbum $\tau\pi\epsilon$, iuvat ab ordine temporum digredi, ut hoc verbum illustrem.

Anomalum T. B. $\tau\pi\epsilon$, et M. $\Theta\pi\epsilon$ notat *facere, efficere ut*, et quandoque *iubere*. Adsciscit praeformantes

temporum, tum suffixa personarum. Praeformantes notant personas efficientes ut aliquid fiat; suffixa innuunt personas, quae opus exequantur. En eius formam cum suffixis.

	Thebaice	Memphitice
Pers. 1	ⲧⲣⲁ	ⲑⲣⲓ
2	{ m. ⲧⲣⲉⲕ f. ⲧⲣⲉ	{ ⲑⲣⲉⲕ ⲑⲣⲉ
3	{ m. ⲧⲣⲉⲓ f. ⲧⲣⲉⲥ } ⲧⲣⲉ	{ ⲑⲣⲉⲓ ⲑⲣⲉⲥ } ⲑⲣⲉ
Plur. 1	ⲧⲣⲉⲡ	ⲑⲣⲉⲡ
2	ⲧⲣⲉⲧⲉⲧ̄ⲡ, ⲧⲣⲉⲧ̄ⲡ	ⲑⲣⲉⲧⲉⲧⲉⲡ, ⲑⲣⲉⲧⲉⲡ
3	ⲧⲣⲉⲧ, ⲧⲣⲉ	ⲑⲣⲉⲧ, ⲑⲣⲉ

Forma ⲧⲣⲉⲧⲉⲧ̄ⲡ legitur *Luc.* xii. 40. *Eph.* iv. 17, alia ⲧⲣⲉⲧ̄ⲡ occurrit *Rom.* vi. 12. I. *Cor.* x. 1. II. *Cor.* vi. 1.

Basmurici cum Thebanis consentiunt, nam scribunt ⲧⲣⲁ I. *Cor.* ix. 15. *Hebr.* x. 9. At in tertia pers. plur. legi ⲧⲣⲟⲩ Q. 244. Cave autem, ne cum Rosellinio credas Basmuricos scribere ⲧⲗⲉ; equidem nusquam vidi ⲧⲗⲉ, sed semper ⲧⲣⲉ.

Cum praeformantibus perfecti, ⲁⲓⲑⲣⲓⲅⲉⲙⲥⲓ *fecit ut sederem, me sedere fecit* Z. 130, ⲁⲓⲧⲣⲁⲟⲩⲱⲅ *fecit me habitare* Sir. xiv. 11, ⲁⲓⲧⲣⲉ ⲡⲓⲟⲓ ⲁⲥⲁⲓ *effecerunt ut navis levis fieret, alleviarunt navem* Act. xvii. 38, ⲁⲧⲉⲧⲉⲡⲟⲓⲱⲡⲧ *effecistis ut irascerer, ad iram me provocastis* Num. xx. 24.

Cum praeformantibus praesentis indefiniti, ⲱⲁⲓⲧⲣⲉⲧ̄ⲙⲉⲣⲓⲧⲓ *efficit ut ament eum* Sir. xx. 13, ⲱⲁⲥⲧⲣⲉ ⲡⲉⲕⲁⲕⲉ ⲣⲁⲱⲉ *ipsa efficit ut inimici tui laetentur* Sir. xviii. 31.

Cum praeformantibus imperfecti indefiniti, ⲡⲉⲱⲁⲓⲧⲣⲉ ⲡⲣⲱⲙⲉ ⲟⲩⲉⲗⲟⲩⲉⲗⲉ *efficiebat ut homo ulularet* Pap. v. 56.

Cum praeformantibus futuri, ⲧ̄ⲡⲁⲧⲣⲉⲧⲉⲧ̄ⲡⲣⲓⲙⲉⲥⲉⲧⲉ *efficiam ut vos reminiscamini, commemorabo vobis* III. *Ioh.* i. 10, ⲉⲓⲑⲣⲉⲧⲉⲧⲉⲡⲱⲁⲓ *efficiam ut multiplicemini* Levit. xxvi. 9.

Cum praef. temporis subiunctivi, $\pi\eta\tau\rho\epsilon\tau\eta\pi\omicron\zeta\omicron\tau$ *faciet illos discumbere Luc. xii. 37*, $\pi\tau\alpha\theta\rho\sigma\tau\uparrow$ $\pi\alpha\kappa$ $\epsilon\lambda\pi\iota\beta\rho\omicron$ *efficiam ut dent tibi victoriam Z. 61.*

Infinitum.

Est ipsa radix, uti $\epsilon\lambda\pi\omicron\tau\omicron\tau\epsilon\omega$ $\sigma\omega\tau\bar{\epsilon}\alpha$ *noluerunt audire Isai. xxviii. 12* (apud Scholz *Gramm.* p. 99). Raro tamen solitarium legitur, ne confundatur cum imperativo.

Saepius praefixas habet praeformantes, pro vario usu infiniti.

1.° Quando est subiectum propositionis habet articulum masculinum π , sic $\pi\omicron\sigma\tau\omega\pi\bar{\iota}$ $\tau\delta$ $\epsilon\pi\lambda\omicron\tau\alpha\sigma\delta\alpha\iota$ $\sigma\epsilon$ *Sap. 793*, $\pi\chi\iota\sigma\epsilon$ $\epsilon\lambda\mu\omicron\iota$ $\tau\delta$ $\upsilon\psi\omicron\upsilon\bar{\nu}$ $\mu\epsilon$ *Z. 304*. Et cum ϵ praefixo, $\epsilon\pi\kappa\omicron\sigma\tau$ $\pi\rho\delta$ $\tau\delta$ $\epsilon\bar{\nu}\tau\alpha\phi\iota\acute{\alpha}\sigma\alpha\iota$ $\mu\epsilon$ *ad sepeliendum me Matth. xxvi. 12*, quod *Marc. xiv. 8* scribitur $\epsilon\pi\kappa\omicron\sigma\tau$.

At Memphitae numquam articulum π infinito praeponunt, nisi interiecta particula $\chi\iota\pi$, quae notat *actionem*. Quare pro Thebano $\epsilon\pi\kappa\omicron\sigma\tau$ mox laudato, Memphiticus textus utroque in loco scribit $\epsilon\pi\chi\iota\pi\kappa\omicron\sigma\tau$.

2.° Quando est complementum verbi praecedentis assumit particulas, sic ϵ ,

coeperunt $\epsilon\sigma\alpha\chi\iota$ *loqui Act. ii. 4.*

volens $\epsilon\beta\iota$ *accipere Act. iii. 3.*

iudicavit $\epsilon\chi\alpha\sigma\eta$ $\epsilon\beta\omicron\lambda$ *dimittere illum Act. iii. 13.*

non possumus $\epsilon\kappa\omega\lambda$ *negare Act. iv. 16.*

fecisti idola $\epsilon\omicron\tau\omega\psi\tau$ $\epsilon\lambda\epsilon\omega\sigma\tau$ *ad adorandum ea Act. vii. 43*, et sic passim.

Sunt tamen nonnulla verba, quae malunt π , sic $\alpha\sigma\epsilon\rho\epsilon\eta\tau\epsilon$ $\pi\epsilon\eta\omega\iota\psi$ *coepit praedicare Matth. iv. 1. vide xi. 7. 20. xii. 1. xiv. 30. xvi. 22. xviii. 24. xxiiv. 49. xxvi. 37. Marc. xv. 8.* Tamen sequente ϵ occurrit *Matth. xvi. 21.*

$\alpha\tau\alpha\rho\chi\epsilon\iota$ $\pi\psi\alpha\zeta\epsilon$ *coeperunt loqui Act. ii. 4. vide Matth. xvi. 22. xviii. 24. xxi. 37. Marc. xv. 8.*

αφρητοτη παρτορ *coepit facere ea Act. i. 1.*

Hisce verbis *incipiendi* adde ψχελλχοα *posse Matth. viii. 28. xvii. 16. 19 Act. vi. 10*; sed sequente e legitur *Act. xxi. 34*, non secus ac ψχοα *Matth. v. 36. ix. 28* — Tum ουε *deceat Matth. xii. 2. 10. 12* — σεεπηα *dignum est Act. v. 29*. Alia praetermitto, quae recensere longum esset, tum supervacaneum, nulla enim certa theoria constitui potest.

Quodsi verbum regens construi soleat cum ηα, ab eadem particula regitur etiam infinitum, uti

αψυηη ηα αωτ̄η *quaesivit audire Act. xiii. 7.*

ετκωη ηα ααη *quaerentes loqui Matth. xii. 46.*

3.° In exemplis hucusque allatis subiectum verbi atque infiniti idem erat; nam in

φηεθοτω εβι ητοτκ *qui vult accipere a te Matth. v. 42.*

ηεταη απ εααη *non veni vocare Matth. ix. 13.*

eadem est persona quae vult et accipit, quae venit et vocat. Quid vero si subiectum infiniti differat ab illo verbi? Aio, vel post verbum sequitur aliquod complementum, quod enunciet subiectum infiniti, vel non.

Si primum, infinitum regitur a sola praeformante e, sic

αφταοτοφ εεαοτ *misit eum benedicere Act. iii. 26.*

praeeperunt ηωτ̄ εψτεμεροτω illis non loqui Act. iv. 18.

quid prohibet ααοι εβιωαε me accipere baptisma? Act. viii. 36.

praeeperat Deus loquens cum Moysē εααηοε facere illud, nempe ut Moyses faceret Act. vii. 44.

ubi varia pronomina, et *Moyses* complementa verborum praecedentium sunt subiecta sequentium infinitorum.

Si secundum, scilicet si subiectum infiniti diversum a subiecto verbi regentis nulla ratione enuncietur veluti

eius complementum, patet omnino praemittendum esse infinito. Nam qui scribit ⲫⲟⲣⲱⲩ ⲉⲃⲟⲉⲥ *volo interficere* innuit se velle propria manu iugulare aliquem; sin aliena manu, puta Pauli, necem inferre velit, necessario declarare debet subiectum infiniti scribens *volo quod Paulus occidat*. Hac in specie Copti adhibent Thebaice ⲉⲧⲣⲉ; Memphitice ⲉⲟⲣⲉ, cui subiungitur subiectum, ac scribunt ⲫⲟⲣⲱⲩ ⲉⲟⲣⲉ ⲡⲁⲩⲗⲟⲥ ⲃⲟⲉⲥ *volo ut Paulus interficiat*; atque ita ⲉⲟⲣⲉ respondet latino sequioris aetatis quod, nempe *volo quod Paulus occidat*. Verbum ⲧⲣⲉ, quod paullo supra illustravi, notat *efficere*, quare ⲉⲧⲣⲉ etymologice est *ad efficiendum*, sed in proposita specie ne cogitandum quidem est de etymo, sed ⲉⲧⲣⲉ est particula scholasticae latinitatis *quod*.

Cum personarum suffixis habemus

	Thebaice	Memphitice							
Pers. 1.	ⲉⲧⲣⲁ	ⲉⲟⲣⲓ							
2	<table border="0"> <tr> <td rowspan="2">}</td> <td>m. ⲉⲧⲣⲉⲕ</td> <td>ⲉⲟⲣⲉⲕ</td> </tr> <tr> <td>f. ⲉⲧⲣⲉ</td> <td>ⲉⲟⲣⲉ</td> </tr> </table>	}	m. ⲉⲧⲣⲉⲕ	ⲉⲟⲣⲉⲕ	f. ⲉⲧⲣⲉ	ⲉⲟⲣⲉ			
}	m. ⲉⲧⲣⲉⲕ		ⲉⲟⲣⲉⲕ						
	f. ⲉⲧⲣⲉ	ⲉⲟⲣⲉ							
3	<table border="0"> <tr> <td rowspan="2">}</td> <td>m. ⲉⲧⲣⲉⲩ</td> <td rowspan="2">} ⲉⲧⲣⲉ</td> <td>ⲉⲟⲣⲉⲩ</td> <td rowspan="2">} ⲉⲟⲣⲉ</td> </tr> <tr> <td>f. ⲉⲧⲣⲉⲟ</td> <td>ⲉⲟⲣⲉⲥ</td> </tr> </table>	}	m. ⲉⲧⲣⲉⲩ	} ⲉⲧⲣⲉ	ⲉⲟⲣⲉⲩ	} ⲉⲟⲣⲉ	f. ⲉⲧⲣⲉⲟ	ⲉⲟⲣⲉⲥ	
}	m. ⲉⲧⲣⲉⲩ		} ⲉⲧⲣⲉ		ⲉⲟⲣⲉⲩ		} ⲉⲟⲣⲉ		
	f. ⲉⲧⲣⲉⲟ	ⲉⲟⲣⲉⲥ							
Plur. 1	ⲉⲧⲣⲉⲡ	ⲉⲟⲣⲉⲡ							
2	ⲉⲧⲣⲉⲧⲉⲧⲡ, ⲉⲧⲣⲉⲧⲡ	ⲉⲟⲣⲉⲧⲉⲧⲉⲡ, ⲉⲟⲣⲉⲧⲉⲧⲉⲡ							
3	ⲉⲧⲣⲉⲧ, ⲉⲧⲣⲉ	ⲉⲟⲣⲉⲧ, ⲉⲟⲣⲉ.							

Basmuricum vidi ⲉⲧⲣⲉⲧⲉⲧⲉⲧⲉⲡ Z. 152.

Exempla rem declarabunt; sic

ⲉⲗⲡⲟⲩⲉⲧⲣⲉ ⲉⲗⲗⲓⲁⲥ ⲉⲓ ⲟⲣⲟⲧⲉⲧ *quod Elias veniat* *Matth.*

xvii. 10.

ⲥⲓⲟⲕⲣⲉ ⲉⲧⲣⲉ ⲡⲣⲓⲓⲁⲟ ⲃⲱⲕ ⲉⲃⲟⲩⲡ *difficile est quod dives ingrediatur* *Matth.* xix. 23.

ⲕⲟⲧⲱⲩ ⲉⲧⲣⲉⲡⲁⲓⲟ ⲧⲓⲥ *quod faciamus* *Matth.* xvii. 4.

ⲁⲥⲱⲩⲡⲉ ⲉⲧⲣⲉⲧⲥⲱⲟⲩⲉ ⲡⲃⲓ ⲡⲉⲧⲁⲣⲭⲱⲡ *contigit quod congregarentur archontes eorum* *Act.* iv. 5.

αφζος εερωτζω ηπαι *dixit quod homines ponerent istos*, seu *dixit istos poni Marc. viii. 7.*

Nam ita construi solent infinita passiva, quae a verbis reguntur, sic

αποταρεαρη εερωεγτοτ *iusserunt eici illos Act. iv. 15.*

ηετασι απ εερωεμμηηητ *non venerat ministrari Matth. xi. 28.*

αηηηη εερωαωη *dedit eum crucifigi Matth. xxvii. 26.* ubi affixum plurale οτ notat homines, seu res indefinitas, quae sunt subiectum infiniti activi.

Saepe quidem ετρε, seu εερε, in allatis locis reddi potest latine *ut*, cave tamen ne credas ετρε proprie notare *iva ut*. Quemadmodum enim latini scribunt *iubeo te facere*, et *impero ut facias*, ita Copti distinguunt constructionem cum infinito ab illa cum *xe* vel *κεραδ ut*. Primam amant Thebani, alteram Memphitae, sic

T. εεεηπορεη ετρακα εβολ *vultis me dimittere*, ubi Memphiticus ητααω *ut dimittam Matth. xxvii. 17. Marc. xv. 9* — T. εονε ετραε *oportet me esse*, M. εωη ηταε *oportet ut sim Luc. xiii. 33.*

Sic in locis *Matth. xxvi. 35. Marc. ix. 15. xv. 9. 15. Luc. iv. 10. viii. 38. Act. xix. 21. 36* textus Thebanus adhibet infinitum ετρε, et Memphiticus tempus subiunctivum ητα *ut*.

Canonem hucusque constitui, quo discernamus quando ε, vel ετρε adhibendum sit; nemo tamen miretur aliquot esse exempla, quae a norma abscedunt. Sic

εηηρωλη εμμοσ ετρεεη εραοι *nolite impedire eos venire ad me Matth. xix. 4*, ubi Memphiticus recte επερταεπο εμμοσ εη εραοι.

Matth. xxvi. 17 ubi vis nos parare pascha? Thebanus recte ετραεκοετε, Memphiticus περπεραμ εκοετε quasi ipse Christus paraturus esset pascha.

Act. xii. 4 *Agrippas tradidit Petrum in manus sexdecim militum* ετρετρεθαρεθ εροϋ ad custodiendum eum, recte alius codex a Woidio citatus legit εθαρεθ.

Act. viii. 37 *Philippus iussit* ετρε πθαρια δεραταϋ *currum stare*; Memphiticus male εταρλο επιθαρια.

Act. xix. 31 ετσοπс ετ̄ατρεϋβωκ εροτη *rogantes eum non ingredi*; Memphiticus pleonastice ετ̄εθ εροϋ εϋτεμ̄ερεϋτηϋ, nam, posito εροϋ, recte sequi poterat εϋτεμ̄ητηϋ.

Act. iii. 4 *petiistis eorotxa eboλ ipsos dimittere*, Thebanus male εκω εβολ.

Act. iv. 29 *concede servis tuis εταϋθεοειϋ annunciare*; Memphiticus male εροτсахι.

Alia anomala loca afferre possem, quae demonstrant canonem a me constitutum quandoque violatum fuisse, tum Thebanos pressius, quam licentiores Memphitas, regulae instituisse. Verum cum his confundenda non sunt illa loca, in quibus infinitum adeo a verbo regente distat, ut facilis pateat errori locus, nisi subiectum infiniti repetatur; sic Act. iii. 2 *ponebant eum quotidie ad portam templi, quam vocant speciosam*, ετρεϋϋετ ε̄ιπ̄ηα ut peteret eleemosynam. Si nulla fuissent interposita vocabula, scribi poterat *ponebant eum* εϋετ.

4.º Paria dic de praepositione ε̄ιπ̄ηса T. vel μεπεпса M. post. Si infinito praeponendum sit eius subiectum, praepositio adsciscit τρε, vel τρα, τρεκ etc. quando subiectum est pronomen. Sic

T. ε̄ιπ̄ηса τρε πεϋτορτ̄ρ λο, M. μεπεпса ερεϋοτω ηξε ηϋθεορτερ μετ̄α τ̄ο παύσασθαι τ̄ον θ̄ορυβον Act. xx. 1. T. ε̄ιπ̄ηса τραβωκ, M. μεπεпса εριϋε μετ̄α τ̄ο γενέσθαι ε̄με Act. xix. 21.

Sic ε̄ιπ̄ηса τρεϋδас *postquam fecit illud* Sir. xxiv. 18, ε̄ιπ̄ηса τρεκ̄ πατ̄ *postquam dederis eis* Sir. xli. 22.

Vide *Matth.* xxvi. 32. *Marc.* xiv. 28. *Luc.* xii. 20. *Act.* i. 3. vii. 4.

5.° Superius n. 1.° vidimus infinitum admittere articulum, ac regi a praepositionibus. Quid vero si subiectum infiniti cum eo coniungendum sit? Adhibetur Thebaice πτρε, et Memphitice πχιπρε, vel sequente nomine, vel cum suffixis quando subiectum est pronomen. Sic

Τ. ̅̅̅̅ πτρε ποτα ποτα κτοϩ εν τῷ ἀποστρέφειν ἕκαστον *Act.* iii. 26.

Τ. ̅̅̅̅ πτρεϩϣληλ, Μ. ̅̅̅̅ πχιπρεϩερπροσετϩεσεε εν τῷ προσέχεσαι αὐτόν *Luc.* ix. 29 — Τ. ̅̅̅̅ πτρετκαττιγορει α̅̅̅̅, Μ. ̅̅̅̅ πχιπροτερκαττιγοριπ εροϩ εν τῷ κατηγορεῖσθαι αὐτόν *Matth.* xxvii. 12 — Τ. ̅̅̅̅ πτρετσω̅̅̅̅, Μ. ̅̅̅̅ πχιπροτσω̅̅̅̅ εν τῷ ἀκούειν αὐτούς *Act.* viii. 6. Vide *Levit.* xii. 16. xiv. 16. *Num.* xiv. 18. *Marc.* iv. 4. *Luc.* viii. 40. ix. 34. *Act.* ii. 1.

6.° Pro Memphitico πχιπρε est alia forma πχιπτε, quae constat ex π articulo, χιπ nota actionis, et πτε nota temporis abstracti; quod si subiectum verbi sit pronomen, πτε adsciscit suffixa. Sic

̅̅̅̅ πχιπτε π̅̅̅̅ ρω̅̅̅̅ εν τῷ δοῦναι (κύριον) διαπεπτω̅̅̅̅ *Num.* v. 21.

̅̅̅̅ πχιπτατω̅̅̅̅ εν τῷ δεῖσθαι με *Psal.* lxxiii. 1.

ε̅̅̅̅ πχιπτα̅̅̅̅ ut essem *Levit.* xxvi. 45.

ε̅̅̅̅ πχιπτοτσω̅̅̅̅ πρὸς τὸ κείσθαι αὐτούς *Iac.* iii. 3, ubi Thebanus ε̅̅̅̅ πτρετσω̅̅̅̅.

̅̅̅̅ πχιπτοττα̅̅̅̅ εν τῷ ὑποστρέφειν αὐτούς *Luc.* ii. 43. vide *Levit.* xx. 26. xxiii. 22. xxvi. 1. 43. *Num.* xix. 13. *Luc.* ii. 27. *Rom.* i. 20.

Hanc formam Memphiticam raro imitati sunt Thebaani sequioris aetatis scribes πχιπτατκα̅̅̅̅. ̅̅̅̅ πτα̅̅̅̅ actio qua homines deposuerunt cum in sepulchro, eius depositio in sepulchro *Myst. Litter.* p. 10 apud Tattam in Lexico p. 737.

τβιπταϣεβτ *actio quā ille (Christus) se transfiguravit, eius transfiguratio* ibid. apud Tattam 775. Quod satis demonstrat Thebaicam dialectum in *Mysterio Litterarum* valde esse corruptam.

Hinc patet duplicem esse usum particulae χιπ. Nam vel nomina substantiva actionis format; vel est particula actionis, quae inter articulum π inseritur atque infinitum. Quare πχιπωτεμ Memphiticum esse potest vel nomen, vel infinitum; hoc vero intelligitur aut ex constructione, aut ex affixis. In πχιπκίμ ήτε παφατ *Psal. xxxvii. 17* genitivus innuit vertendum esse *commotio pedum meorum*. In πχιπχερ ταδιθνηκ ηβολ *Levit. xxvi. 44* accusativus monet reddendum esse τὸ *disperdere testamentum meum*. Si affixa more nominum assumuntur, uti περχιπεροτω *Luc. ii. 47* erit nomen *responsio eius*; si more verborum, πχιπκοστ τὸ *sepelire me* *Matth. xxvi. 12*, erit verbum. Non raro tamen desunt, vel ambigui sunt characteres, quibus iudices, utrum eiusmodi composita sint nomina, an verba.

Participium.

Verba vel habent adiunctas praeformantes personarum, vel iis carent.

Si carent, eorum participia formantur ope pronominis relativi et *qui, quae*, ita ετμε *qui amat, amans*, ετϣαξε *qui loquitur, loquens*. Cum vero et utrumque genus et numerum designet, ετμε notat *amans ille*, vel *illa*, et *amantes illi*, vel *illae*, quod ex praefixo articulo dignoscitur.

Item ante ηα characteristicam futuri, T. ετπατακο *periturus*, πετπαδωκ εβοτη *ingressuri*, τετπαμσε *paritura*, et M. εοπατακο *periturus*, τετπαϣωπι *mansura*, ηνεοπαϣε *qui ingressuri sunt*.

Quod si verbum adiunctas habeat praeformantes personarum, participium fit ope particulae ε, quae est propria participiorum characteristicam.

Hinc praesens ει, εκ etc. est etiam participium praesens, uti monui ad tempus II.

Hinc futurum ειπα, εκπα est etiam participium futurum, uti dixi ad tempus X.

Ut habeatur participium perfecti, ε praepositur perfecto αι, ακ etc., uti M. εαρηορηε παραγγείλας, εαρηο ειπών, εαηϑαη κρίναντες ήμεις, εατετεπερητε ἀρξάμενοι υμεις, et T. εατεπρημεθε ελευθερωθέντες υμεις, εαρηαι γραψας, et saepe.

Aliud participium praesens fit praefigendo ε tempori V. ωαι, ωακ etc., hinc εωαητακο *corruptibilis*, seu *corrumpi solitus* I. Còr. ix. 25. I. Pètr. i. 18, εωαωωπε *solita fieri* Act. xix. 39, εωαταωε *solita multiplicare*, *multiplicans* Sir. xxi. 12; scilicet est participium consuetudinis.

Participiale ε praepositur etiam pronomibus, qui vice funguntur praesentis verbi *esse*, uti εαηω ωηρε *existens ego filius*, *cum sim filius* Sap. 412, εαηω οηηεωο ητε φϑ *cum simus genus Dei* Act. xxvii. 29.

CAPUT XXI.

DE VERBO NEGANTE.

Copti negaturi actionem verbi uti possunt particulis αι, η... αι, η, η, ηηε, ηηατε, τηη, ηηεη. Singulas recensebo referens tempora, quae cum iis componi possunt.

Tempora cum Particula αη.

Particula T. M. αη, B. εν solitaria adhibetur, ac postponitur verbo, quod negatur, uti ερετενοι αη *non estis*, τεπχεμ αη *non invenimus*.

Priora decem tempora affirmantia adsciscunt particulam αη post se, quin ipsa ullo modo mutantur.

Tempus II. ει, V. ψαι, VI. πεψαι, VIII. πε αι, X. ειπα, atque εται Memphiticum temporis VII perraro construuntur cum αη sequente.

Tempus I. † saepius Memphitice, quam Thebaice occurrit cum αη constructum, χμετι αη *non cogitas*, et T. ετεπψοοη αη *non estis Rom. vi. 14*; vide *Ioh. ix. 12. xii. 35. xiv. 17. Rom. vi. 15*.

Tempus IV. αι, et Thebaicum ηται temporis VII. quandoque post se adsciscunt αη.

Tempus IX. † ηα saepe habet comitem αη.

Tempus III. semper construitur cum αη, sequente πε; sic T. πετβη αη πε, M. πατχεμ αη πε *non inveniebant Act. vii. 11*. Et sine πε rarius, πεηπατ αη *non videbant*. Basmuricum vidi ηπατιμ ει *non sentiebant Q. 236*, praefixo η; at credo Basmuricos plerumque cum Memphitis consensisse.

Tempora cum Particula η... αη.

Littera η praefigitur praeformantibus temporum affirmantium, αη sequitur verbum; sic η†σοοτη αη *non cognosco*, ηρσοοτη αη *non cognoscis* etc. Hinc sunt tempora, quae sequuntur.

I. *Praesens et Participium.*

	Thebaice	Memphitice	
Pers. 1	ⲛⲓ ⲁⲛ	ⲛⲓ ⲁⲛ	<i>non sum</i>
2	{ m. ⲛⲓ ⲁⲛ	ⲛⲓ ⲁⲛ	
	{ f. ⲛⲓⲧⲉ ⲁⲛ	ⲛⲓⲧⲉ ⲁⲛ	
3	{ m. ⲛⲓⲥ ⲁⲛ	ⲛⲓⲥ ⲁⲛ	
	{ f. ⲛⲓⲪ ⲁⲛ	ⲛⲓⲪ ⲁⲛ	
Plur. 1	ⲛⲓⲧⲓ ⲁⲛ	ⲛⲓⲧⲉⲛ ⲁⲛ	
2	ⲛⲓⲧⲉⲧⲓ ⲁⲛ	ⲛⲓⲧⲉⲧⲉⲛ ⲁⲛ	
3	ⲛⲓⲪⲉ ⲁⲛ	ⲛⲓⲪⲉ ⲁⲛ.	

Basmurici cum utrisque consentiunt; scribunt tamen ⲉⲛ pro ⲁⲛ, et saepe praeformantibus praefigunt ⲉ.

Quando est participium, Thebani plerumque praeponunt ⲉ, ut sit ⲉⲛⲓ etc.

II. *Praesens.*

Pers. 1	ⲛⲉⲓ ⲁⲛ	ⲛⲁⲓ ⲁⲛ	<i>non sum</i>
2	{ m. ⲛⲉⲕ ⲁⲛ	ⲛⲁⲕ ⲁⲛ	
	{ f.	ⲛⲁⲣⲉ ⲁⲛ	
3	{ m. ⲛⲉⲥ ⲁⲛ	ⲛⲁⲥ ⲁⲛ	} ⲛⲁⲣⲉ ⲁⲛ
	{ f. ⲛⲉⲪ ⲁⲛ	ⲛⲁⲪ ⲁⲛ	
Plur. 1	ⲛⲉⲛ ⲁⲛ	ⲛⲁⲛ ⲁⲛ	
2	ⲛⲉⲧⲉⲧⲓ ⲁⲛ	ⲛⲁⲣⲉⲧⲉⲛ ⲁⲛ	
3	ⲛⲉⲧ ⲁⲛ	ⲛⲁⲧ ⲁⲛ, ⲛⲁⲣⲉ ⲁⲛ.	

III. *Perfectum.*

Pers. 1		ⲛⲉⲧⲁⲓ ⲁⲛ	<i>non fui</i>
2	{ m.	ⲛⲉⲧⲁⲕ ⲁⲛ	
	{ f.	ⲛⲉⲧⲁⲣⲉ ⲁⲛ	
3	{ m.	ⲛⲉⲧⲁⲥ ⲁⲛ	} ⲛⲉⲧⲁ...ⲁⲛ
	{ f.	ⲛⲉⲧⲁⲪ ⲁⲛ	

	Thebaice	Memphitice
<i>Plur.</i> 1		πεταπ απ
2		πεταρετεп αп
3		πετατ αп, πετα...αп.

IV. *Futurum.*

<i>Pers.</i> 1	п̄fnα, πεμα αп	п̄fnα αп	
2	{ m. п̄cпα αп	п̄cпα αп	
	{ f. п̄teпα αп	п̄teпα αп	
3	{ m. п̄qпα αп	п̄qпα αп	{ παρε..пα αп
	{ f. п̄cпα αп	п̄cпα αп	
<i>Plur.</i> 1	п̄тппа αп	п̄teппа αп	
2	п̄teтппа αп	п̄teтeппа αп	
3	п̄ceпα αп	п̄ceпα αп.	

Basmurici cum utrisque consentiunt; quandoque tamen ne scribunt pro па.

*Adnotationes.*I. *Praesens, et Participium.*

Est tempus I. affirmans cum π praefixo, et αп sequente; sic п̄fcωoтп αп *non cognosco*, п̄tezoлg αп *non es minima*.

Quandoque est participium praesens, п̄qoтwы αп *non volens Matth. i. 19*, п̄teпxω αп *non relinquentes nos Hebr. x. 25*, vide in utroque textu *Act. vii. 18. ix. 26. x. 20. xi. 12. xiii. 11*.

At, quando est participium, Thebani saepe praefigunt ε, uti εпfωпe αп *non quaerens ego I. Còr. x. 33*, εп̄пαт αп *non videns tu Act. xiii. 11*, εп̄qμακpпe αп *non discernens I. Còr. xi. 29*.

Basmurici saepe praefigunt ε, sic εпf εп I. *Cor. xv.*

9, ενϥ εν Q. 245, εντετεп εν Ioh. iv. 32, ενсе ен I. Thess. ii. 15.

II. Praesens.

Forma Thebana respondet tempori II. affirmanti, sic πεισοπ̄с дп *non rogo* Ioh. xvii. 9. Cum vero, uti supra vidimus, πεισοп̄с дп sit etiam imperfectum negans *non rogabam*, haec forma vix erat admittenda, ac raro occurrit.

Longe rarior est alia πεισοп̄с *non rogo*, omisso дп, uti πετ̄ρ̄ροτε *non timent* Sir. xxxi. 14, περ̄ειμ̄ε *non scit* Sir. xvii. 27, quod scribendi genus reprobandum est, hoc enim tempus confunderetur cum imperfecto affirmante, cui πε desit.

Quandoque perperam duplici π scribitur π̄πει дп II. Còr. xii. 14, π̄πειϥ дп Ioh. xi. 4, ubi alii codices recte legunt πει, πεϥ; quare pro π̄πек дп Matth. xxii. 16 eundem emendo пек дп. Haec forma fefellit Rosellinum, qui in Grammatica p. 103 hoc tempus uti imperfectum recenset; loca ibi allata aliud probant.

Perperam etiam praefigitur ε, uti επειμ̄οστε дп *non odi* Pap. vi. 1; sed recte quando est participium επεργ̄οτε дп *non verberans* I. Còr. ix. 26.

Forma Memphitica respondet tempori IV. affirmanti Memphitico; hinc παρ̄οτ̄ηορ дп *non distat* Act. xvii. 27, παρ̄ετεп̄χη дп *non estis positi* I. Thess. v. 4, παρ̄ε πετ̄βοσι ϥοп̄ дп *altissimus non habitat* Act. vii. 48, vide Ioh. iv. 50. xvii. 9. 15. 20. Act. xvi. 24. 27.

Haec forma, quae confunditur cum imperfecto negante, probanda non erat.

III. *Perfectum.*

Respondet VII. tempori affirmanti Memphitico; sic πεταει απ non veni *Matth.* ix. 13. x. 34. *Marc.* ii. 17 (in *Matth.* v. 17 ita etiam lege pro πε εταει απ) πεταει απ non venit *Marc.* x. 45 (ita etiam lege *Luc.* x. 56 pro ητεει απ) πετασχος απ non dixit *Ioh.* vii. 42, πετα φ† απ ορωρη *Deus non misit Ioh.* iii. 17.

IV. *Futurum.*

Respondet IX. tempori affirmanti.

In prima pers. sing. scribitur etiam ηπειηα απ, uti ηπειηατσαβοκ απ non docebo te *Ming.* 286. In tertia pers. T. ερε πρωηε παωηε απ, M. παρε πρωηηη παωηε απ homo non vivet *Matth.* iv. 4, vide *Luc.* xvii. 20.

Basmurici η†ηε επ *Isai.* i. 13. 15, η†ηα επ *I. Cor.* vii. 38, vide ib. vii. 9. viii. 8.

Tempus cum Particula η.

In adnotatis ad tempus II. iam vidimus illud praesens quandoque adhiberi sine απ sequente, quam formam reprobendam esse diximus. Solum tempus, quod habeat η praefixum, ac numquam admittat comitem απ, est

V. *Futurum.*

	Thebaice	Memphitice	
Pers. 1	ηηα	ηηα	non ero,
2	m. ηηεκ	ηηεκ	ne sim,
	f. ηηε	ηηε	non essem
3	m. ηηεϥ	ηηεϥ	ηηε
	f. ηηεσ		

	Thebaice	Memphitice
Plur. 1	ⲛⲛⲉⲛ	ⲛⲛⲉⲛ
2	ⲛⲛⲉⲧⲛ	ⲛⲛⲉⲧⲉⲛ
3	ⲛⲛⲉⲧ	ⲛⲛⲟⲧ.

Basmurici cum Thebanis consentiunt.

Adnotatio.

Hoc tempus est

1.° Futurum, cuius actio negatur, sic ⲛⲛⲁⲥⲱ non bibam *Marc. xiv. 25*, ⲛⲛⲉⲕⲧ non dabis *Act. xiii. 35*, ⲛⲛⲁⲟⲩⲉⲙ non manducabo *I. Cor. viii. 13*.

2.° Futurum, cuius actio prohibetur, uti ⲛⲛⲉⲕⲣⲱⲧ̅ non occides *Ròm. xiii. 9*, ⲛⲛⲉⲕⲛⲓⲣⲁⲗⲉ non tentabis *Matth. iv. 7*, ⲛⲛⲉⲕⲃⲓ ne sumas *I. Tim. v. 19*, ⲛⲛⲉⲕⲉⲛ nolì imputare *Act. vii. 60*, ⲛⲛⲉ ⲟⲩⲧⲁⲗ ⲓ ⲉⲃⲟⲗ non exeat fructus *Matth. xxi. 19*.

3.° Optativum negans, sic ⲛⲛⲉⲥⲱⲩⲛⲉ non sit, absit *Ròm. vi. 15. xi. 1*, ⲛⲛⲉ ⲧⲟⲓ ⲱⲩⲛⲓ non sit pars *Act. viii. 21*.

4.° Subiunctivi negantis praesens, vel imperfectum post particulas ⲗⲉ, ⲗⲉⲕⲁⲥ, ⲑⲟⲩⲱⲥ (numquam ⲑⲓⲛⲁ) ut, sic ⲗⲉⲕⲁⲥ ⲛⲛⲁⲕⲓⲙ ut non commovear *Act. ii. 25*, ⲗⲉ ⲛⲛⲉ ⲛⲱⲙⲁ ⲃⲱ ut corpora non remanerent *Iòh. xix. 31*, ⲗⲉ ⲛⲛⲁⲃⲓⲥⲓ ne exaltem *II. Cor. xii. 7*, ⲑⲟⲩⲱⲥ ⲛⲛⲉ ⲑⲓ ⲃⲓⲑⲁⲛ ut nemo iudicetur *Hos. iv. 4*, ⲑⲓⲛⲁ ⲗⲉ ⲛⲛⲟⲩⲱⲩⲱⲩ ut non contaminarentur *Ioh. xviii. 28*.

Quando praesentis vim habet, ac sequitur particula ⲁⲛ, lectio est corrupta, adeoque emendanda, nam hoc tempus numquam comitem ⲁⲛ habet. Sic ⲛⲛⲉⲕⲱⲟⲟⲛ ⲁⲛ non est *Iòh. xi. 4*, lege cum alio codice ⲛⲛⲉⲕⲱⲟⲟⲛ; pro ⲛⲛⲉⲕⲃⲱⲩⲧ ⲁⲛ non respicis *Matth. xxi. 16*, corrige ⲛⲉⲕⲃⲱⲩⲧ ⲁⲛ; pro ⲛⲛⲉⲩⲱⲩⲛⲉ ⲁⲛ non quaero *II. Cor. xii. 14*, quod est monstrum, emenda ⲛⲉⲩⲱⲩⲛⲉ ⲁⲛ.

Quandoque praereditur ⲉ, seu ⲉⲛ scribitur pro ⲛ̅, sic ⲉⲛⲛⲉⲩⲱⲩⲁⲙⲁⲑⲧⲉ, ⲉⲛⲛⲉⲩⲱⲩⲟⲩⲛ̅.

E contrario interdum desideratur primum η, uti περ-
 αρωγ εβολ *non recedet*, περϣπ̄ *non accipiet*, quae
 scriptura reprobanda est.

Basmurici in prima pers. scribunt π̄ηα *Is. 1. 14. Phil.*
 1. 20, et π̄ηι I. *Cor. vii. 13.* Cum Thebanis in tertia
 pers. plur. scribunt π̄ηετ *Isai. v. 9. Q. 245.*

Tempora cum Particula η.

Particula negativa η apud solos Thebanos et Basmu-
 ricos in usu est. Hinc sunt tempora, quae sequuntur.

	VI. Praes.	VII. Imperf.	VIII. Perf.
Pers. 1	ηει		
2	{ m. ηεκ f. ηερε		ηακ
3	{ m. ηεγ f. ηεε }	ηερε πεηεγ	ηαγ
Plur. 3	ηετ, ηερε.		

Adnotationes.

VI. Praesens.

In paradigmate solas personas retuli, quas vidi. Exem-
 pla dant *Matth. v. 15. ix. 17. Luc. xiv. 35. Ioh. x. 10. Ming.*
 256. 283. 293. Basmurica habes *Q. 233. 234. 235. Hebr.*
 vi. 17. ix. 17. Solitarium ηερε saepe occurrit, sic ηερε
 τσοφια βωκ εγοτη *sapientia non ingreditur Sap. 8.*

Huic tempori numquam attexitur αη, quare *Sap. 596*
 pro ηεγωτε αη lege π̄εγωτε αη *non abominaris.*

Praefixo ε, fit participium, εηεερωβ̄ *non ipsa mar-*
cescens, εηεερωπ̄ incessabilis, εηεετμοοϣε π̄ρητοτ̄ inviz̄.
 Quandoque ε abundat, εηεεβ̄ *non inveniunt Sap. 231,*
 quae scriptio improbanda est.

VII. *Imperfectum.*

Duo tantum vidi exempla, μεμεσηακαρ πρηπτ *non contristabatur* *Ming.* 246, μεμεσηκα *non sinebat* *Pap.* v. 37. Fortasse alia sunt, sed rara.

VIII. *Perfectum.*

Haec vidi exempla, μακρημαεετε *non es recordatus* *Sir.* xi. 25, μασηραμαση *non placuit ei* *Sir.* xxi. 15, μασημαεετωτ *non odit ea* *Sir.* xxxviii. 4.

Tempora cum Particula επε.

Α με *esse*, et π negativo, quod ante π mutatur in α, fit επε, quod negat existentiam. Hinc sunt tempora, quae sequuntur

IX. *Praesens.*

	Thebaice	Memphitice	
Pers. 1		επατ	<i>non sum</i>
2	} m. f.	επακ	
		επαρε	
3	} m. f.	επαση	} επαρε
		επασ	
Plur. 1		επαπ	
2		επατετεπ	
3		επατ, επαρε.	

X. *Perfectum.*

Pers. 1	επετ, επι	επι	<i>non fui</i>
2	} m. επεκ f. επε	επεκ	
		επε	

	Thebaice	Memphitice
3	{ m. ⲁⲡⲉϥ } ⲁⲡⲉ	{ ⲁⲡⲉϥ } ⲁⲡⲉ
	{ f. ⲁⲡⲉⲥ } ⲁⲡⲉⲥ	{ ⲁⲡⲉⲥ } ⲁⲡⲉⲥ
<i>Plur.</i> 1	ⲁⲡⲏ, ⲁⲡⲉⲛ	ⲁⲡⲉⲛ
2	ⲁⲡⲉⲧⲏ	ⲁⲡⲉⲧⲉⲛ
3	ⲁⲡⲟⲧ, ⲁⲡⲉ	ⲁⲡⲟⲧ.

Basmurici cum Memphitis consentiunt.

Eius participium est ⲉⲁⲡⲉϥ, ⲉⲁⲡⲉⲥ, ⲉⲁⲡⲟⲧ.

XI. *Subiunctivi Imperfectum, et Perfectum.*

<i>Pers.</i> 1		ⲉⲧⲉⲁⲡⲏ <i>cum non essem,</i>
2	{ m.	ⲉⲧⲉⲁⲡⲉⲕ <i>fuissem</i>
	{ f.	ⲉⲧⲉⲁⲡⲉ
3	{ m.	ⲉⲧⲉⲁⲡⲉϥ } ⲉⲧⲉⲁⲡⲉ
	{ f.	ⲉⲧⲉⲁⲡⲉⲥ }
<i>Plur.</i> 1		ⲉⲧⲉⲁⲡⲉⲛ
2		ⲉⲧⲉⲁⲡⲉⲧⲉⲛ
3		ⲉⲧⲉⲁⲡⲟⲧ.

Adnotationes.

IX. *Praesens.*

Pro VI. tempore praesenti Thebano et Basmurico Memphitae hoc adhibent ⲁⲡⲁⲓ, quod vicissim Thebanis et Basmuricis ignotum est. Hinc ⲁⲡⲁϥⲕⲉⲙⲁⲭⲟⲙ *non prodest* *Matth.* v. 13, ⲁⲡⲁⲧⲃⲉⲣⲉ *non accendunt* *ib.* 15, ⲁⲡⲁⲥⲉⲣⲫⲙⲉⲧⲓ *non recordatur* *Ioh.* xvi. 21, vide *Deut.* iv. 28. *Matth.* ix. 17. xii. 30.

Solitarium ⲁⲡⲁⲣⲉ legitur *Matth.* ix. 16. ⲁⲡⲁⲣⲉ ⲉⲗⲓ ⲉⲗ *nemo tollit*, vide *Ioh.* iv. 9. vii. 4. xiv. 6.

Pro perfecto occurrit *Ioh.* xvi. 24 ⲁⲡⲁⲧⲉⲧⲉⲡⲉⲣⲉⲧⲏ *non petistis*, *Ezech.* xxiv. 6 ⲁⲡⲁϥⲓ ⲉⲃⲟⲗ *non est egressus*.

Pro participio, ⲁⲡⲁϥⲃⲓⲱⲡⲓ *non erubescens* *II. Tim.* ii. 15.

X. *Perfectum.*

Huius temporis passim in textibus obvii prima pers. sing. Thebaice est $\bar{\alpha}\pi\epsilon\iota$ *Math.* vii. 23. *Act.* x. 14, et $\bar{\alpha}\pi\iota$ *Luc.* xiii. 7. *Math.* xlii. 22. Secunda pers. fem. $\bar{\alpha}\pi\epsilon$ occurrit Thebaice *Ming.* 69. Z. 388, et Memphitice *Luc.* xix. 44.

Basmurica habes *I. Cor.* vii. 28. 34. ix. 1. 12. 15. xv. 15 etc.

Praefixo ϵ , fit participium, $\epsilon\bar{\alpha}\pi\epsilon\sigma\tau\omega\lambda\bar{\alpha}$ non *coinquata Sap.* 133, $\epsilon\bar{\alpha}\pi\bar{\epsilon}\rho$ δ $\mu\eta$ $\epsilon\rho\gamma\alpha\sigma\acute{\alpha}\mu\epsilon\nu\omicron\varsigma$ *ib.* 136, $\epsilon\bar{\alpha}\pi\epsilon\kappa\omicron\tau\alpha\bar{\omega}\bar{\gamma}$ non *volens tu illum ib.* 598, $\epsilon\bar{\alpha}\pi\omicron\tau\eta\alpha$ *im-misericordes ib.* 611.

Cum in libro Sapientiae v. 278 legatur $\bar{\alpha}\pi\bar{\epsilon}\eta\alpha\chi\iota\theta\omicron$ $\Delta\pi$ non *accipiet personas* erit fortasse qui futurum $\bar{\alpha}\pi\epsilon\iota\eta\alpha$ $\Delta\pi$ admittere vellet. Sed cum particula $\bar{\alpha}\pi\epsilon$ numquam comitem habeat $\Delta\pi$, vox est corrupta, atque emendanda $\bar{\eta}\eta\alpha\chi\iota\theta\omicron$ $\Delta\pi$.

XI. *Subiunctivi Imperfectum, et Perfectum.*

Ex XVI. tempore affirmante didicimus Thebaicum $\bar{\eta}\tau\epsilon\tau\epsilon$ *quando, cum* esse Memphitice $\epsilon\tau\epsilon$; quare hoc tempus a solis Memphitis frequentatur, ac respondet Thebano $\bar{\eta}\tau\epsilon\tau\epsilon\bar{\eta}\tau\bar{\alpha}$, quod infra recensebo. Sic $\epsilon\tau\epsilon\bar{\alpha}\pi\epsilon$ $\eta\epsilon\tau\eta\tau$ $\omicron\omega\tau$ *cum cor eius non esset persuasum Act.* xli. 14, $\epsilon\tau\epsilon\bar{\alpha}\pi\epsilon\eta\epsilon\tau\eta\tau$ *cum non invenisset eum ib.* xii. 19, $\epsilon\tau\epsilon\bar{\alpha}\pi\omicron\eta\epsilon\tau\eta\tau$ *cum non invenissent eum Luc.* ii. 45; vide *Gen.* viii. 9. *Luc.* v. 19. xlii. 23. *Act.* xvii. 6.

Tempora composita cum $\bar{\alpha}\pi\alpha\tau\epsilon$.

Quemadmodum $\omega\alpha\tau\epsilon$ coalescens ex $\omega\alpha$ *usque*, et $\bar{\eta}\tau\epsilon$ *tempus*, notat *quousque, donec*, ita $\bar{\alpha}\pi\alpha\tau\epsilon$, vel $\epsilon\bar{\alpha}\pi\alpha\tau\epsilon$

constans ex $\bar{\alpha}\pi\epsilon$ praecedenti *non*, et $\bar{\eta}\tau\epsilon$ *tempus*, negat venisse tempus actionis, seu valet *nondum, antequam*; quare tempora inde orta vere negantia sunt. Antiquae orthographiae $\bar{\alpha}\pi\alpha\bar{\eta}\tau\epsilon$ duo occurrunt exempla in Z. 101. 102; sed, quemadmodum ex Th. $\omega\alpha\bar{\eta}\tau\epsilon$ fluxit Mem. $\omega\alpha\tau\epsilon$, ita ex $\bar{\alpha}\pi\alpha\bar{\eta}\tau\epsilon$ dictum est $\bar{\alpha}\pi\alpha\tau\epsilon$.

XII. Indicativi et Subiunctivi

Varia Tempora recta a nondum, antequam.

	Thebaice	Memphitice
Pers. 1	$\bar{\alpha}\pi\alpha\bar{\eta}$	$\bar{\alpha}\pi\alpha\bar{\eta}$ <i>nondum sum,</i>
2	m. $\bar{\alpha}\pi\alpha\bar{\eta}\bar{\tau}\bar{\kappa}$	$\bar{\alpha}\pi\alpha\bar{\eta}\bar{\tau}\bar{\epsilon}\bar{\kappa}$ <i>fui, fueram</i>
	f. $\bar{\alpha}\pi\alpha\bar{\eta}\tau\epsilon$	$\bar{\alpha}\pi\alpha\bar{\eta}\tau\epsilon$ <i>antequam sim;</i>
3	m. $\bar{\alpha}\pi\alpha\bar{\eta}\bar{\tau}\bar{\eta}$	$\bar{\alpha}\pi\alpha\bar{\eta}\tau\epsilon\bar{\eta}$ <i>essem</i>
	f. $\bar{\alpha}\pi\alpha\bar{\eta}\bar{\tau}\bar{\varsigma}$ } $\bar{\alpha}\pi\alpha\bar{\eta}\tau\epsilon$	$\bar{\alpha}\pi\alpha\bar{\eta}\tau\epsilon\varsigma$ } $\bar{\alpha}\pi\alpha\bar{\eta}\tau\epsilon$
Plur. 1	$\bar{\alpha}\pi\alpha\bar{\eta}\bar{\eta}$	$\bar{\alpha}\pi\alpha\bar{\eta}\tau\epsilon\bar{\eta}$
2	$\bar{\alpha}\pi\alpha\bar{\eta}\tau\epsilon\bar{\eta}$	$\bar{\alpha}\pi\alpha\bar{\eta}\tau\epsilon\tau\epsilon\bar{\eta}$
3	$\bar{\alpha}\pi\alpha\bar{\eta}\tau\epsilon\tau\epsilon\bar{\eta}$	$\bar{\alpha}\pi\alpha\bar{\eta}\tau\epsilon\tau\epsilon\bar{\eta}$

Basmurici cum utrisque consentiunt.

XIII. Indicativi Imperfectum, et Plusquam Perfectum rectum a nondum.

Pers. 1	$\bar{\eta}\epsilon$ $\bar{\alpha}\pi\alpha\bar{\eta}$ $\bar{\eta}\epsilon$	$\bar{\eta}\epsilon$ $\bar{\alpha}\pi\alpha\bar{\eta}$ $\bar{\eta}\epsilon$ <i>nondum</i>
2	m. $\bar{\eta}\epsilon$ $\bar{\alpha}\pi\alpha\bar{\eta}\bar{\tau}\bar{\kappa}$ $\bar{\eta}\epsilon$	$\bar{\eta}\epsilon$ $\bar{\alpha}\pi\alpha\bar{\eta}\bar{\tau}\bar{\epsilon}\bar{\kappa}$ $\bar{\eta}\epsilon$ <i>eram;</i>
	etc.	<i>fueram.</i>

Adnotationes.

XII. Indicativi et Subiunctivi Varia Tempora:

Notat praesens, $\bar{\alpha}\pi\alpha\bar{\eta}\tau\epsilon\tau\epsilon\bar{\eta}\epsilon$ *nondum intelligitis Matth. xvi. 8, vide Ioh. viii. 57. I. Cor. iii. 2 — $\bar{\epsilon}\bar{\alpha}\pi\alpha\bar{\eta}\tau\epsilon$ $\sigma\bar{\tau}\alpha$*

142

λεκτωρ μορτε *antequam gallus cantet Matth. xvi. 34,*
vide *Psal. xxxviii. 14. Act. ii. 20.*

Imperfectum subiunctivi, ἀπατερι *antequam veniret*
Gal. iii. 23, vide *Gen. xlviii. 5. Psal. lxxxix. 2. Gal. ii. 12.*

Perfectum indicativi, ἀπατερι *nondum venit Ioh. ii.*
4, vide *xx. 17 etc.*

Plusquam perfectum indicativi, ἀπατοτρι *nondum*
posuerant Ioh. xix. 41.

Basmurica habes *Ioh. iv. 49. Hebr. ix. 8.*

XIII. *Indicativi Perfectum et Plusquam Perfectum.*

Ut vis imperfecti, vel plusquam perfecti, certius de-
signetur Copti componunt praecedens tempus cum πε
